DIPARTIMENTO DI FILOLOGIA
GRECA E LATINA

AUT

LexHarp

1
FM 74

SEZIONE
BIZANTINO - NEOELLENICA

Aut [illegible] 1

1/B – N: 105

FM 74
Lessic. 3
C
V-19

ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΟΣ

Περὶ τῶν λέξεων

ΒΙΒΛΙΟΝ.

VALERII HARPOCRATIONIS DE VOCIBUS LIBER

cum notis & obſervationibus

JACOBI GRONOVII.

Accedunt Diatribe Henr. Stephani ad locos Iſocrateos, item Notæ & Animadverſiones Henr. Valeſii.

240

ISTITUTO STUDI BIZANTINI - FONDO S. G. MERCATI -
FACOLTÀ LETTERE
240

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud FREDERICUM HAARING.
cIↃ IↃ c xcvi.

Digitized by Google

ILLUSTRI ET CONSULTISSIMO VIRO

D. MAGNO de WEDDERKOPF

Sereniſſimi & Celſiſſimi

HOLSATIÆ DUCIS

Primario Aulæ, Conſiliorum & Negotiorum Miniſtro

Præfecto Trembſbuttelenſi & Stemhorſtenſi, Domino Siegardiae &c.

Cognato ſuo Honoratiſſimo

S. P. D.

JACOBUS GRONOVIUS.

Quod facetus poeta monet peccare librum,

Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis:

id mihi nunc videtur exprobrare hic Valerius Harpocration, fere deplorans, quum conſcius ſit mei in ipſo purgando & ornando ſtudii, hac re aliquid vitii à ſe con-

trahi, quod Tibi eum nominatim commendare ſuſtineam. Si qui ſenim liber ullus in ipſo primo conſpectu aperit pretium ſui, & bene digeſta ſerie exponit placentes omnino & mundas illius nitidæ Græcæ literaturæ delicias venereſque, hic certe illas & lectu jucundas & cognitu neceſſarias certatim expandit & oſtentat. In quamcunque periocham oculos quis miſerit, ineſſe ſtatim intelliget, quod altius demitti & memoriæ inferri placeat vel ſuo peculiari vel materiæ ipſius pondere. Inprimis vero quem non vehementer adficit videre & ipſa Græca & præſertim Attica tribunalia conſeſſuſque judicum per negotia deſcriptos? Quam placet audire ſimul & tractare nunc leges in illis ſonantes, mirabili tranſlatione in Italiam & extraneam linguam evectas, modò illa oratorum & cauſarum verba non minus accurato captatoque delectu litibus & judiciis adhibita, quam valide ac ingenioſe extorta publico uſui & novam ſignificationem nacta, utraque natalia elementa juris Romani? Itaque quanto præſtat peregrinantem ipſum adire & inſpicere locorum ſitus rerumque naturas, quam relationi alicui innixum qualicunque imaginatione defungi; tantò certe ſatius eſt ipſis apud

Digitized by Google

apud Harpocrationem documentis insistere, quam ex historia recensere triumviralia Athenas itinera, dubites utrum incertius & periculosius peracta, an hæsitantius exsignata. Harpocration mera ac solida hujus rei fides est; & ex illo veritatem notitiæ illius efficaci experientiâ pignoramur. Ista enim fere incredibilis & plusquam sororia convenientia quid aliud clamat, quam alterum ex altero traxisse eosdem colores? Hoc autem primum, hoc postremum est, omnemque in isto scripto paginam facit, unde præclaræ utriusque collationi multas lucernas curasque satis gloriose impenderunt viri doctissimi. Quod si ad illas disciplinarum plurium copias ipsumque istum humanitatis orbem attingimus; quam multa hîc ex ipsis templorum penetralibus & industrie olim post velum occultata solennia? quam venerabilia antiquitatis ultimæ fata & originum primordia? Hîc quanta & quot ad imperiorum Græciæ commune pertinentia summæ salubritatis subtilitatisque instituta, ad distinctam variarum civitatium per officia & magistratuum nomina moderationem, ad præstantissimi illius sermonis secretioris interpretationem, atque adeo repræ-

Digitized by Google

ſentandam ſtatim lectori multiplicem illam doctrinam? Inter quæ omnia ad juſtiſſimum examen librata exiſtimatio emicat & æquiſſime quoſdam compungens cenſura. Omnia ſane vix ab ullo λογοδαιδαλίας noſtræ ſtudioſo aut tam quæſite collecta aut ad ita aptam explanationis amuſſim illuſtrata. Quid dicam de ipſa Hellade, & particulatim Atticæ notata per tribus & populos enarratione? quid de ſalibus multiplici occaſione adſperſis? Quæ quum talia ſint, & Harpocration poſſit eſſe ſe præcone contentus; Te tamen ex univerſa liberalium hominum tribu mihi ſecernendum cenſui, ut quod nunquam mihi licuit, publice tecum loquerer vel propter ipſum, qui jam pergit inter mea numerari, vel propter me, quem declaraſti modò, quam cupias plurima benignitate fovere.

Etenim ex quo per iſtam veterem laudatamque gentem PINCIERIAM aliquo te contingere gradu cœpi, & nuptiarum jure tibi junxiſti proneptem ejus, quo ipſe proavo cenſeor; non modo in honorem ac reverentiam ornatiſſimi ejus nominis te amare ſimul cœpi & ſuſpicere; ſed vehementi cupidine ad colloquium adſpe-

ſpectumque tuum adſpiravi. Non quò ipſe eſſem curioſus, & vellem præſens certior fieri rerum, quæ apud vos contingunt. Poſſet id quoque gratum mihi accidere. Sed non eò vergere contemplatio mea poterat, nec ad talia animadvertenda vacabam, quem longe alius animi motus occupabat. In maxima hac & inaudita temporis varietate percipiebam ea à Te edi exempla ſummæ conſtantiæ, fideique ac ſapientiæ, ut non ſufficeret mihi tacite è longinquo gratulari conjunctioni noſtræ & famæ tam optabili applaudere. Ampliſſimum fatum Tuum me commovebat, ut qui tantopere concurſaveram ad videndos homines egregia fama inclitos, Tecum quoque deſiderarem conferre caput, & vel ſeria vel jocos mixturus ad Albin, quem jam quater transmiſeram, remeare geſtirem. Etiam Hiſpania ſpectatorem Livii expulerat. Ita quum animi in aliquo præſtantiam aliunde complecti liceat, etiam corporis figuram viſu conceptam circumferre gaudemus. Verum non agimus vitam ex arbitrio noſtro ſic diſpoſitam, quam non ſæpius turbet neceſſitas; & hac Academica aſſiduitate impeditus, quod ſupererat, in Affinibus Tuis Te vidi, jucundeque ac frequenter

ter de Te loquutus ſui, & nobilitatem ingenii, altiſſimam prudentiam & propoſitorum amplitudinem aſpexi, & quanta pietate eas revererer ac colerem, quantopere placeret mihi vinculum noſtrum, etiam gaviſus fui plerumque ſignificare. Hac quotidiana, quum licuit, ſicuti etiamnum licet, ſermonis materia, hac auditione nominis Tui animique avocare me & quodammodo paſcere potui, non evaneſcente ſpe, fore, ut ipſum tempus ex inopinato allaturum eſſet, quod ipſe deſtinare nequibam. Verum hæc ſitis mirabiliter incenſa eſt, quum Te non aliter animatum inde ſenſi, quod diſperſas generis noſtri partes recolligere conſtituens, cum Matronæ Tuæ Patre ac Fratre, Honoratiſſimis & Nobiliſſimis Viris, non dubitaſti apud Sereniſſimum & Celſiſſimum Principem, cujus

Tibi naſcentes cognoſcere curas
Et ſecreta Ducis pectora noſſe licet,

mentionem mei movere, locumque & lautia ampliſſima in regionibus, unde nunquam exiiſſe forſan fuiſſet melius, mihi parare. Major hæc res eſt, quam ut eam capere animo tam repente poſſim; ſplendorque ejus & præſtantia amplior, quam ut in tempore exigere valeam,

qui

qui ad id non domo tantum, ſed & ex mente mea exſilui. Itaque dum fluctuum & æſtuationis cujuſdam totus ſum, permitte mihi, ut ſolatio, quod unum ad manus eſt, in anteceſſum me recreem; & nunc publice compulſus perorare cauſam operæ hujus meæ, in præfando Tuam præſentis judicis dignitatem mente contempler, Te opponam oculis meis, & quàm neceſſario labore partem præteritæ æſtatis laceſſiverim, coram Te ediſſeram; præſertim quum tanti videatur eſſe & hic ipſe ſcriptor, &, ut ſpero, etiam hæc editio, cujus ſtatus per arbitrii judiciique Tui veſtigia noſtræ ætati paulo clarius innoteſcat, & duntaxat efficiat, ut non ultra ſim tiro amicitiæ Tuæ. Ita eminentiſſima virtutis, dignitatis, atque exiſtimationis Tuæ inſignia, perpetua & indies admirabiliora procedant. Ita regiones pulcherrimas & in illis neceſſitudines Tuas meaſque conſiliis & cautis & proſperis circumſeptas florere ac lætari diu videas.

Etenim quam celeriter ab ipſis Academiæ hujus primordiis Harpocration deſtinatus fuerit, quem doctiſſimi viri cenſerent oportere inter præcipua tradi ſtudioſis, & hinc meliore, quam induerat Aldus, ornatu circuire eum cuperent, ſcias mecum licet ex hac epiſtola, quam αὐτόγραφον ſervo.

PHILIPPUS JACOBUS MAUSSACUS JOANNI MEURSIO. S. P. D. Rediit ad nos tribus aut quatuor abhinc diebus, Meursi vir doctissime, juvenis quidam noster, qui ex Heinsii, & Andrææ Schotti fide nobis retulit, te in illustrando Harpocratione versari. Jamdiu est ex quo Spartam illam deteximus, ornandamque suscepimus, ita ut affectum opus proximis nundinis proditurum nobis polliceri audeamus. Schedas enim nostras Drovardus typographus Parisiensis, qui Casauboni nostri Polybium adeo magnificè & luculenter excudit, habet à mense Septembri; versamurque nos quotidie in hac tundenda incude præpediti, nec prius hinc avellemur, quin ultimam manum huic operi imposuerimus. Ægre ferrem profecto, mi Meursi, si mihi tecum in hoc pancratio luctandum esset. Nam & te robustiorem athletam non ignoro, eamque jam in hujusmodi certaminibus laudem & honorem consecutus es, ut mihi tyroni, & merenti adhuc, plane indecorum, atque invenustum videretur cum emerito & veterano milite velle congredi. Vos ego potius, & vestri similes, terrestria in litteris numina, admirari quotidie soleo. Vere ita est, nunquam admittor in vestra sacra quin palam profitear, me & meliorem, & doctiorem ex his semper evadere. Herbam jam nunc libens porrigam, si te in cœptis velle persistere novero, quod non eveniet, ut spero. Te vocant enim severiores musæ, pauloque majora canere suscepisti. Expectant in dies eruditi omnes, ut tuam liberes fidem, & quæ in Glossario tuo Græcobarbaro miræ & profundæ eruditionis referto pollicitus es

præ-

præſtes. Scis quantos & quales authores brevi prodituros in fronte illius libri ſpoponderis, nec dubitat bonus ullus auctius & copioſius idem Gloſſarium te denuo dare poſſe. Vide igitur, vir doctiſſime, ne ſpe multos deludas inani, & ne lateant in muſæo tuò illa omnia, quorum jam moviſti ſalivam. Perge alacriter, & quo te liberi tui libri vocant patere te adduci. Quod ſi eos amore ut decet paterno proſequaris, & me tanto digneris honore, rogatus deſiſtes, à nova authoris mei editione, meque hominem minorum gentium, hæc tractare permittes, quamvis ſupra captum & vires ſint. Næ tu me ingentibus obſtringes benevolentiæ vinculis, & omnes familiares meos, qui hoc opus à me deſiderant. Spero fore ut poſtquam mihi rem totam ceſſeris, nihil deſideraturus ſis in Harpocratione quod non critico pumice expolitum fuerit. Audeo ita πεποιθημένως tecum loqui, quia authorem illum ex unguibus, ut dicitur, novi, eundemque plus quam ſexcentis in locis ſanavi. Lauda igitur conſilium noſtrum, & in dubio adhuc verſantes præ inopino nuncio, quam primum poteris, ab omni ſuſpicione libera. Vale & ſi quid in Harpocrationem parati habeas, (ut non dubitamus te multa obſervaſſe) ejus nos liberali manu fac participes; maxime vero nos mone de ſententia tua in verbis θρόνιον, κωδία, προπεπτωκότες. Hæc enim niſi te vindice reſtitui non poſſunt. Vale iterum, & creberrimis litteris nos tui admiratores fove. Datum Lutet. Pariſ. in ædibus Frederici Morelli Profeſſ. & inter. Regii. Eid. Novemb. CIↃ DC XIII.

Et cui ea ſcripta ſunt, & is qui ſcripſit, juxta noti ſunt, & quid ab utroque ad hanc rem adferri potuerit, re patuit, ut ipſe grato ſilentio memoriam utriuſque proſequi ſine vitio poſſim. Cæterum quum iſta ratione interpellatum fuerit iſtud egregium & in omnem partem conducibile futurum propoſitum, tanquam Batavia & Gallia duplicem ſcripti ejuſdem editionem fovere & tueri nequirent; ac Meurſius exinde ſatis habuerit per varia opuſcula ſpargere miniatulas ſuas, quas docuit ſatis crebras & multiplices fuiſſe etiam poſt Mauſſaci emendationem; ut ad rem veniam, nonniſi anno MDCLXXXIII contigit, ut hic ſcriptor Batavicis typis exaratus votis ſtudentium inſervire potuerit.

Sed quid dico? potuitne iſtud novum exemplar tanto negotio inſervire? Equidem ita bene de ætate noſtra judico, ut neminem mirari oportere arbitrer, me id agentem, ut ſtudia Græca recte celebrentur, auctorem typographo fuiſſe, ut Harpocrationis editionem, licet paucis abhinc annis hîc publicatam, nunc repeteret. Quæcunque enim illa eſt, certe ſi ulla ſæculi noſtri infamia in hoc genere exſtat, ille utique liber eſt; plane nihil aliud niſi Ægy-

ptium

ptium templum, extrinsecus egregio & conspicuo ornatum propylæo, & titulorum promittentium elogio, intus nihil continens nisi fatuam bestiam & ridiculam; adeo, ut hunc librum vere invita Minerva exiisse colligas, & me quidem ipsius urbis hujus nomine tædeat, imo pudeat; sed maxime studiorum miserescam. Equidem videmus illic indicem ita collocatum esse, ut præcedant octodecim herois magni magnæ literæ tanquam calcantes insignia illa nomina Philippi Jacobi Maussaci & Henrici Valesii, quo quid superbius & arrogantius fieri potuit? Videmus quoque, quum Maussaco simpliciter placuerint *supplevit & emendavit*, adjectam laboris istius commendationem duobus versibus *emendavit, disposuit, Latine vertit, ac elenchum veterum scriptorum adjecit*, digestam, qui sane non potest major vel poni vel promitti nec in hoc nec in ullo alio scriptore. Hoc quicunque viderint, non dubito, quin præsumant & sibi forment hunc λευκόγειον περιφαίνοντα, non secus ac ex Sporadibus aliquam, quas sic descripserunt antiqui, velut inusitata quadam in his diebus doctrina præstantem virum, & haud dubium Musarum & Charitum ἄγαλμα & ἄθυρμα, Maussaci & Va-

 lesii

lesii in isto opere successorem, ita rem hic egisse, ut illos duos longe post se reliquerit tum in emendando, tum in disponendo, & ne quid deesse pulchritudini possit, Latine vertendo, quasi etiam postremum hoc priores duo efficere non potuerint ob vitiorum multitudinem, ad quam quum illi hærerent, hic præclarus HISTORIARUM LITERARUMQUE GRAECARUM INTERPRES, quasi prudens & peritus Viocurus omnem glaream sedaverit & colophonem labori huic imposuerit. Itaque quid restat, nisi ut coram eo exclamari debeat; date viam mihi noti atque ignoti, dum ego hic officium meum facio: fugite omnes, abite, & de via discedite.

Quam erat hæc res optanda, ut tale gaudium gaudere nobis liceret, & his regionibus, quum Harpocrationem sub hoc cælo & in hoc solo instauratum post peregrinorum satis laudatas curas mundo dederint, gratulari? Certe quidem, ut nunc est, non potuisset aliquid optatius nobis, licet non ex hac domo, ac dulcius evenire, vel ob gloriosam sedem, quam in his terris sortita fuerunt tot immortalia ingenia, etiam multorum ossibus pietate maxima receptis. Sed non ita nobiscum agitur, neque sic sine ulla invidia

Digitized by Google

vel macula felices ſumus. Ut enim verbo dicam, quod res eſt; omnia illa magnifica ſpuria ſunt, & ut Brutus de virtute dicit apud Florum, in verbo, non in re conſiſtunt. Neque licet in verbis ſit calidior & captabundus (noſti jam olim ſciviſſe antiquos, εἶναι καὶ πυρὸς ἄλλα θερμότερα) ideo ullos alios, ſi quos tamen, præterquam aſellos, præterit, quam nullam eſſe gloriam jam olim ſcripſit Laberius. Non hic attulit ea remedia, quibus eruditi antehac editores ſoliti fuerunt focillare, & unice focillari debent ac poſſunt blanda iſta venuſtæ antiquitatis rudera. Εργον invenies plane ἄεργον. *Emendavit* non aliquid ſolidum, quod propter ignorantiam vel Græcæ linguæ, vel antiquorum rituum, barbaries media aſperſit: *emendavit*, ſed ſi quid in eo eſt operæ, per adoptationem ingenii & acuminis alieni: *emendavit* ex ſe nihil niſi quod vel tiro quilibet emendare poſſet, typorum lapſus, idque vocato in auxilium indiculo, quem ſubnexuit editioni ſuæ Mauſſacus, & tamen hinc ita *emendavit*, ut non pauciora vitia in hanc editionem invecta ſint? vel duo folia pag. 428 his repleta probant majorem vitiorum molem iſti editioni invectam rurſus fuiſſe, quam erat in Mauſ-

Mauſſaciana. *Emendavit*, ſed quæ nodoſa ab Mauſſaco & Valeſio relicta ſunt, intacta prætergreſſus eſt. Quid quod ſic quoque adhuc omiſit, quæ ſunt majora; quippe quæ ignorabat. Sic ipſe fecit ΝΕΩ´ΣΙΝ his literis & hoc accentu; ibidemque ab ipſo in Latinis diſcitur, urbem, quæ vel Demoſtheni vel Harpocrationi appellatur Νεώη, Herodoto Νεῶνα dici. Quod utrumque quis expediat? In V. Α'ΙΕΙΕΣΤΩ' ipſe fecit ἐκ ἀληθείας δευτέρῳ Αντιφῶντος, quum rectiſſime veriſſimeque Mauſſacus ἐν. Edidit ex Aldo Mauſſacus ΟΜΗΡΕΥ´ΟΝΤΑΣ, ipſe emendavit, ſi emendare eſt ſine cauſa & ratione ulla, quod bonum eſt, mutare, Ο῾ΜΗΡΕΥ´ΣΟΝΤΕΣ, quod qua in parte eſt melius? Quanto melius emendaſſet ſequentia ἐπὶ τῶν ἀναπεμφθέντων Λακεδαιμονίων ὁμήρους Αλεξάνδρῳ. ἦσαν δὲ ή. Velim ſcire, quo nexu iſta emendatio hæreat cum ſequentibus? velim ſcire an ullus puer, cui ſyntaxeos rudimenta nota ſunt, ſalva omnia in illis dicturus ſit, ut ἀναπεμφθέντων ὁμήρους ſit *obſidibus miſſis*, quomodo hic literarum Græcarum interpres fecit? ſed etiam nulla mentio in hoc capitulo, quæ tangat illud ὁμηρεύοντες. Itaque in eadem voce & male mutavit, quod mutari non debuit, & non emendavit quod emendari de-

debuit. Non enim hodiernam Æſchinis orationem, ſed Harpocrationis chirographum ex MSS. confirmatum tractamus. In v. Ἀνάγειν legitur τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι. Sic habet editio Mauſſaci & ante eum Aldina. Non placuit huic novitio, & edi curavit ἱέναι, atque etiam Latine vertit *ad illum mittere*, idque poſt manifeſtam Mauſſaci notam & admonitionem. Ediderat Mauſſacus Ἐπεδίκασε. Emendavit (hoc enim eſt illi emendare) hic ultimus ΕΠΕΔΙΚΑΣΕΝ, licet ſequeretur vocula καὶ, quæ ab conſonante incipit: quum tamen & ante Harpocrationi reliquerit ΕΞΕΝΙΖΕ. Ediderat Mauſſacus ΕΥΡΥΒΑΤΗΝ bis, noſter pro priore emendavit ΕΥΡΥΒΑΤΟΣ, pro poſteriore ΕΥΡΥΒΑΤΟΝ; & tamen in eodem commate ſtatim retinet ΕΥΡΥΒΑΤΑΣ: quum plane Mauſſacus in voce Φρυνώνδας, ejuſdem prorſus generis vocabulo, notet appellatos fuiſſe homines ſimilium morum, nulla mutatione. Et licet Mauſſacus in ea nota dicat *Eurybato* & *Eurybati*, tamen id erronee factum eſſe apparet ſatis ex fine ejus notæ, ubi ſcribit, [vide ſupra in Εὐρυβάτης.] Scilicet quum jam Apuleio in Apologia manifeſte appellatus fuerit *Eurybates*, quum illic monere & Harpocrationem citare non omiſerit Pricæus; quum inter-

pres Dionis Chrysostomi in orat. 52. Εὐρυβάτου fuerit interpretatus *Eurybatem*, non *Eurybatum*: post notitiam scilicet ita certam in media Hollandia debuit adhuc supponi falsus Εὐρύβατος. Et quemadmodum in hoc præcedente mutavit casum, sic quum Maussacus edidisset Εμπουσαι, ipse versa vice emendavit ἜΜΠΟΥΣΑΝ. Hæ nimirum emendationes dignæ nova editione. Causa autem hujus est, quia hic sequitur φάσμα τί φασιν εἶναι, quibus quartus casus jungi debet. Quasi vero Harpocration glossam non potuerit ab explicatione separare. Ediderat enim Maussacus Επωβελίαι, at hic emendavit ΕΠΩΒΕΛΙΑΝ: & tamen sequitur, ἐπιτίμιόν ἐστιν ἡ ἐπωβελία. Ediderat Maussacus Βρυτίδαι. Emendavit alter ΒΡΥΤΙΑΔΑΙ, non ex suo invento, sed quia Meursius lib. VI. Att. lect. c. 26 ex collectis (& quis id nequibat?) Demosthenis locis ita judicavit; quum de utrisque tantundem sciamus, & certe de primigenio horum dicat nihil sciatque. Ediderat Maussacus Εὐώνυμοι, pagi Atheniensis nomen: quia Meursius in populis Atticis citans Harpocrationem allegat Εὐώνυμος, noster ita subito emendavit; cujus nullam justam poterit dare causam. Ediderat Maussacus Διακεχρημένον; at ille emendavit ΔΙΑΚΕΧΡΗΣΜΈΝΟΝ. Hæc sunt specimina

mina & pignora ſatis & multa & clara ad videndum, quomodo iſte emendarit, & quid emendare ſuum appellet: & quod video me tacuiſſe, omnia hæc ille auſus eſt facere vel contra vel præter libros MSStos, quorum ſola auctoritas conatus noſtros utique in vetuſtis ſcriptoribus vel commendat vel profligat & rejicit.

Pergit gloriari *diſpoſuit*. Hoc quoque meretur, ut bene cognoſcamus, & juſta veraque pro factis contingant operæ pretia huic tam bene diſponenti Lexicon Harpocrationis, qui tam male ingenium ſuum famamque & παλαιοτροπίαν. Univerſa autem hæc ars ab eo exercetur vel in Harpocratione, vel in notis Mauſſaci aut Valeſii. Harpocrationem ita judicavit contrectandum, ut omnes λέξεις hoc libello ex noto ordine Alphabeti etiam in mediis ſyllabis, non ab initio tantum recenſuerit, & ab illa ſcilicet aberratione, in quam inciderant, revocaverit ad exactam literarum conſequentiam. Sic Αναίνεσθαι poni debuit ante Αναιρεθεὶς, ſic Α'ντίσσα ante Α'ντιφῶν. Sic Απόλλων ante Απομάττειν &c. quod antea non fiebat. Res haud dubie tanti operis, ut & integrum hominem & novam editionem & Profeſſorem Franequeranum mereatur. Res tanta, ut nec Mauſſacus

 eam

eam potuerit efficere, nec Valesius potuisset. Itaque merito tertius ad hanc consummationem accessit, & habuit Frisica diligentia, quo Gallicam superaret. Id vero nunc tanta cura peractum fuit, ut, quum fortasse unum aliquid ab typographo (nam haud dubie credere debemus, ipsum qua est acrimonia prorsus id antea annotasse) non fuisset animadversum, statim in emendandis pag. 428 poni debuerit 39, 10 ΑΝΔΡΑΠΟΔΟΚΑ'ΠΗΛΟΣ &c. *subjice voci* ΑΝΔΡΑΠΟΔΙΣΤΗ'Σ. Secundo *disposuit*, nempe ita, ut quæ inserenda post finem adjecerat Maussacus, suis locis disposuerit: ut quæ in appendice (quam hic Tolosanam baptizat, quoniam appendix altera inserendorum, opinor, aliunde erat ut & ipsæ notæ) quam adjunxit notis ad libellum de fluminibus Maussacus, vel recorrexit auctor vel addidit, etiam hic illic immiscuerit: ut notas Maussaci ipsis Harpocrationis verbis in eadem pagina subdiderit. Tertio *disposuit*, ut Valesiana ad calcem adjecerit, & iis numeros paginarum ac versuum præposuerit, ad commoditatem legentis. Ecce tria dispositionis artificia, magnæ enimvero mentis ista molimina, imo tam laudabilia ac momentosa, ut absque illis esset, Harpocration

Digitized by Google

tion nunc non futurus fuerit Harpocration.

Quid agimus? quid ita venditamus ignobile otium? Quantum non modo nefas est, quod venerabili propter summam & intimam doctrinam huic libello intulit, sed quam sordide ac somnolente omnia ista, si jam bona forent, in hac editione transsiluit. Dicam de singulis, & nihil dicam, quod non exempla probent. Omnia enim sunt imperfecta. Sed sic quoque primum scire oportet, non ingenium ejus esse, quod par fuerit huic dispositioni inveniendæ. Quin immo in id irruit modestæ admonitionis occasione, qua scribit in appendice sua Maussacus, *vox πλώματα debet reponi statim post πλυνόδωρος, & l. 15. vox πνυκὶ post πλωθεύς. non est servatus ordo alphabeticus* & ad vocem πένδια. Qui etiam Maussacus sæpe id in notis observari vult, sed fere semper prætendens auctoritatem codicum MSStorum. Ab primo artificii genere noster exemit sine causa, vel stertit: quum ΙΣΑΙ ΨΗΦΟΙ præire voluit ante ΙΣΑΓΟΣ: quum ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣ præmisit vocabulo ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΣ: quum ΚΥΠΡΟΘΕΜΙΣ ante ΚΥΠΑΣΣΙΣ, ΔΙΑ ΜΕΣΟΥ ante ΔΙΑΜΕΜΕΤΡΗΜΕΝΗ. Quæ plane ex principiis his male dispositivis debuerunt inverti. An plura occurrant talia, non libuit ultra at-

tendere. Sed constat tamen, si in supellectile bene disposita unum aliquid non sit apte collocatum, plus hoc indignationis, quam reliqua gratiæ trahet. Etiam corpus reliquis membris loco suo positis formosum minima quædam pars dedecorat. Sed hoc ille in se non videt, qui alios albis suis dentibus solet ridere. Attamen ut ulterius moneam, ipsa hæc disponendi, ut vocat, grassatura non potest non esse periculosissima, & omnino unica videri ratio, per quam in perpetuum Harpocration removeatur ab integra sui restitutione, quæ frequens constat in connexione vocabulorum consideranda, ubi male ab scribis librariis interdum aliqua connexa sunt, vel etiam soluta ac divisa, quæ connecti debuerant. Ne de aliis dicam, quoties per hanc considerationem restitutus fuit Festus? Immo quid ait Antonius Augustinus in præfatione annotationum ad Festum: *Veteres nescio quo modo primam literam indicasse contenti, omnia verba ab eâdem inchoata in unum locum conferebant. Nostri melius omnibus syllabis ordinem adhibuerunt literarum. Ita facile verba reperies: quæ tamen si obiter dicta sint, præsto erit quærenti index obiter dictorum.* Quidquid sit, utique nobis non licet esse

esse tam impotentibus, ut ordinem ab ipsis datum audeamus turbare. Et cum maxime occurrit ejus rei notabile exemplum. Sunt enim verba Festi. *Am præpositio loquelaris significat circum. Unde supra servus ambactus, id est circumactus dicitur.* Ibi videas Viros eruditos velle legere *infra*, quia ea vox statim sequitur. At video adscripsisse patrem. [Recte. nam in MS. *Ambactus* proxime præcedit.] sive hoc dicat de libro MS. quem ipse habuerit, sive de MS. vetustissimo, qui prout Festus scripserat, etiamnum retinebat ordinem. Etiam Vibius Sequester poetis citatos fluvios in gratiam filii colligens, recensuit regiones & vocabula & qualitates in literam (sic enim vidi in MS. non *literas*, quod nihil est) dirigens, ut ait: & mox iterum, fontium & lacuum paludumque & montium nemorumque & gentium in literam (ita rursum MS. non *literas*) digesta nomina. Et tamen quo ordine procedit? Nempe Achelous, Arar, Amphrysus, Alpheus, Ascanius, Acheron, Achates, prorsus eadem ratione qua & alii, & ipse Stephanus in ἐθνικοῖς, ut illic attigi.

Sed oportet hîc propius accedere, ut pateat non Græca, non Harpocrationem non ab eo

in-

intelligi, nec Harpocrationem ab eo editum esse. Nota lippis puerisque est ratio Græca, ut literam γάμμα non simili pronuntiatione efferant, si ponatur simpliciter, ac si habeat sequentem alteram γ, aut κ, ut sæpe solet habere in compositis, quando scilicet pronuntiatur fere ut N, quam ex Ione & Varrone docui agma appellatam in secunda Dissertatione Epistolica ad loca Geographica Livii. Quod quum ita sit, quid censuit Harpocration? Nempe licet scribatur ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ, licet scribatur ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ, non tamen propterea etiam in appellandis & æstimandis literis literam tertiam pro Gamma habendam esse, sed pro N, sicut pronuntiatur. Itaque harum vocum priorem anteposuit voci ΣΥΝΔΙΚΟΙ, posteriorem voci ΣΥΝΤΑΞΙΣ. Id sequutus fuit Aldus, id & Maussacus tenuit, id servarunt omnes antiqui codices ad nostram ætatem propagati & inspecti. Et omnino recte justeque. Nostro id non placuit, unde mutari ab eis domicilia voluit, ita ut utramque hanc vocem interjiceret inter Στύραξ & Σύλας. Quid nisi hoc est carnificinam per inficetissimam ignorantiam exercere in mortui opere & scripto orbo? Nam quis poterit negare Harpocrationem ex consue-

tu-

tudine Græcorum rite voluiſſe, ut dominaretur in talibus pronuntiatio; quum non pauci ex Græcis tunc quoque ſcriptionem mutarent, ut ederent ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Id quod indubitatis documentis probant tot alia exempla; in quibus eſt, quod in inſcriptione Corinthia Sponius legerit ΤΟΥϹ ΕΝΚΡΙΤΗΡΙΟΥϹ ΟΙΚΟΥϹ, quod in tot eximiis nummis hodieque videamus ΑΝΚΥΡΑ, ΑΝΚΥΡΑΣ, ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ, ΑΝΚΥΡΑΝΟΙΣ, ſcripturam communem vincente pronuntiatione, licet Stephanus in ſuis ἐθνικοῖς in ordine ſuo locum ei dederit tertiæ literæ, per quam vulgo & apud alios, non apud cives ſolebat ſcribi; etiam elegans Falconerius in nummo Apamenſi citet in Plotina nummum exhibentem ΑΓΚΥΡΑΣ.

Itidem eſt clara quondam Thraciæ urbs Ἠϊὼν, ut ſcribitur. Hanc meus homo collocavit diſponendo inter voces Ἠλώνεια & Ἠκρωτηριασμένοι, ut ſcilicet ita locum ſuum liquide obtineret vocalis ἰῶτα. Sed editio Aldina & Mauſſaci & exemplaria antiqua omnia, atque adeo ipſe Harpocration rejecerant poſt vocem Ἠφαιστία. En periculoſiſſimam perverſitatem & ignorantiam! Nempe ab illis minor illa vocalis agnita non fuit, & ſicut vulgo ſcribimus vel ΗΙΩΝ vel ἠϊὼν, recte

censuerunt non impleri ab ea numerum & pondus literæ, utpote jota subscriptum, atque ita nonnisi postremæ literæ ω rationem habendam putaverunt verissime. Unde illud intolerabile judicavi.

Scribit Harpocration ταυρέας ὄνομα κύριον. Has voces editio Aldina & Maussaci atque adeo libri scripti omnes habebant ordinatas in principio ipso literæ ταυ, ita ut eas sequeretur vox ταμίας. Noster invidens tanto ejus nominis vel viri honori jussit migrare loco, & sequi demum τὸ τῶν Φώρων κρείττω, scilicet quia υ ψιλὸν in ordine Alphabeti non pronuntiatur nisi post literam ταυ. Nonne pravissima est nostri hominis Græcorum intelligentia? Ignorabat enim illud elementum quod υ ψιλὸν dicimus, æquipollere litteræ secundæ β, & hinc ab Harpocratione consideratum istud nomen quasi ταβρέας, quo vergebat pronuntiatio Græcorum, etiam hodiernorum. Huc pertinet, quod in voce Δικαιόπολις occurrat vox Αὐδήρων, quam in libro Goesiano mutabant viri docti in Αβδήρων, contra arbitrium Harpocrationis: & in Strabonis libro tertio Αυδηρα Hispaniæ.

In voce θεσμοθέται dixit manifeste Harpocration εἰς θεσμοθέτας. Itaque antecedit hanc vocem vox θεσμὸς, tanquam Harpocration vellet primitiva præponi derivatis & compositis. An hic lo-

locus animadversus ſit à noſtro, non divinem. Sed certe hinc intactum videtur reliquiſſe τὸ Αργᾶς, ut id poſitum ſit ante vocem Αργαῖος etiam in ipſius editione. Hinc Ἀθλις ante Ἀθλικοῖς, etſi ea nihil habeant commune, & MS. Mediceus ſoleat ſcribere Ἄθλης. Sed quid facit noſter? Primo Ἀγορανόμοι ponit ante vocem Ἀγορὰς, plane deſerens hoc inſtitutum, quum utique Ἀγορὰς non poſſimus aliter conſiderare, quam & primitivum, & tanquam eſſet Ἀγοράι. Rurſus quum certiſſimum ſit, ab verbo παρίστημι venire ſubſtantivum παράστασις, ille tamen quum editio Aldi, Mauſſaci, & omnes veteres ita ordinent, ut Περίστασις præcedat, ſequatur Περίστασιν, ille, dico, contra ordinavit ſine reſpectu antiquitatis, ſine cura exempli quod dederat ipſe Harpocration. Quin etiam quum ſcribat Harpocration Σκιράφια eſſe κυβευτήρια, ἐπειδὴ διέτριβον ἐν Σκίρῳ οἱ κυβεύοντες, atque adeo ea vox ſit derivativa ab voce Σκίρον, qualecunque iſtud; & hinc tum MSSti omnes, tum editiones priores ita collocent, ut Σκίρον præcedat, ſequatur Σκιράφια, hunc ordinem invertere ſuſtinuit perquam inconditus hic diſpoſitor; quam rem quis non dicat illaudatam prorſus?

Sed infandam inſcitiam noſtri diſpoſitoris pro-

dit urbs Macedoniæ, quæ in ejus editione & appellatur Λιτή, & simul collocatur post vocem Λιπάρα, quum in MSStis & anterioribus editis locum habeat inter Λῆξις & Λίθος, & utique eo nomine urbs in Macedonia exstiterit nuspiam, sed recte Valesius significaverit ejus appellationem esse Λητή, cujus respectu decentem seriem servat in omnibus antea vulgatis Harpocrationis exemplaribus. Sed ibi non habebat præeuntem & indicantem Meursium, quem nactus in voce Μήκων lib. 1. Attic. lect. 12 potuit Μίκων edere, melius forsan, quam quum pro Δερμιστῆς mutavit Δερμηστής, quia sic citabat Henr. Stephanus.

Quum antiqua exemplaria omnia vocem Πυκνὶ ponerent ante πύλαι, ut inde vel cæco appareret Harpocrationem scripsisse Πυκνὶ: tamen quum Maussacus in Appendice monuisset eam vocem poni debere post πλωθεύς; vidit errorem hujus carpsitque Valesius, ostendens sæpius usitatam eam vocem illa scriptura, ut concipiatur πυκνί: noster tamen obedivit Maussaco, ut contra fidem codicum veterum, contra certam scripturæ etiam usitatæ & Harpocrationi propterea notatæ rationem, simul alienissimum ei locum daret, simul Harpocrationem frustraretur.

Quam

Quam ſecundam diſpoſitionis præſtantiam adhibuerit, diſcas vel ex una Mauſſaci nota ad vocem Ἑβδομαδομηνοῦ, ſi conferas editam ab ipſo auctore, cum illa, quam hic diſpoſitor ampliavit. Hinc ut ridicula fieret nota Mauſſaci, præfixit ei vocem Γεραιραὶ, quam non ſomniabat tum Mauſſacus. Sic notæ Mauſſaci ad vocem Νοθεῖα pag. 255 præfixit Λυσίας] quod nomen ad rem illic facit nihil, & notam reddit prorſus alienam atque extra oleas. Sic in nota ad vocem Ἑρμίας invidit lectori, ut videret, quemadmodum Mauſſacus ſeſe ipſe corrigat per appendicem: & quum Mauſſacus ſervari ex nota ſua voluerit iſtas voces [Παιᾶνες illi ſine dubio ad ad inſtar libellorum famoſorum erant] Friſius negavit hanc veniam Mauſſaco, & abſtulit, ſicut ex appendice voces primas [Imo è contra]. Scripſerat in appendice Mauſſacus, in indice librorum Plutarchi recenſeri unum περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιρούς. Noſter deſcribens & diſponens ſcripſit elegantiæ gratia περὶ τοῦ Θεοφράστου. Rurſus ita conſtituens ut quidem recte illa diſponeret, ſed ante omnia emendaret, in v. χλῖδος, ubi in appendice Mauſſacus ex ſententia Salmaſii πιλτ' (nam πίλτ' omnino typographorum lapſum

 eſſe

esse opinor, non adsequentium vel Salmasii vel Maussaci manum, quidquid Salmasio insultet Valesius, quem ignoravisse πίλτα non esse Græcum, sed solum πελτὰ, quo pacto inducar? an & Maussacus ignoravit? absit, ut de duobus præclarissimis viris ita cogitemus. Utique non Salmasius, non Maussacus id verterunt Græce *peltas*, sed ipse injusta insultatione.) ἀναγκύλητα, nec contextu dignatus est Salmasii restitutionem, nec vel eandem vel Maussaci hoc indicium ullo vel minimo loco in notis, atque adeo penitus omisit, velut defendens ab eo lectorum oculos; quum non ipse corrigens, sed velut ἀγκυλοχήλης aliquis accipiter raptum transiit ad Stanleii notas in Æschylum, ex quibus inter suas emendationes retulit καγκύλητα & simul interpretationem *& amentata*. Qui, oro, sponsores publico ab his dabuntur vel Latinos simpliciter *amentata* dixisse, aut Græcos similiter ἀγκύλητα; quibus primum ratio reddenda erat, cur hæc retulerint ad fabulam ejus sub nomine Αργεῖοι. Dicit quidem aliquid Maussacus, & conatur ostendere fabulam illam Αργεῖοι notam esse apud auctores: sed certe non in Athenæo, quem temere citat: quod ad Hesychii locum attinet, in

Digitized by Google

in ejus emendationem convenire video Meursium, Maussacum & Stanleium. Sed certe quum vulgo illic legatur Αργεία, quum apud Harpocrationem ante Maussacum fuerit Αργείαις, MS. Mediceus habeat liquide Αργίαις, quum etiam hic ipse Æschylus reperiatur scripsisse non modo fabulam Περραιβοὶ, sed etiam Περραιβίδες, cur non credere & evincere hinc mihi licet ab eodem Æschylo scriptas esse fabulam Αργεῖοι, & alteram fabulam Αργεῖαι? Certe reddant illi primo mutationis suæ non necessariæ rationem. In ipsius versus restitutione longe præferendus est Valesius. Ut hic nimia libidine discessit in aquam, sic en tibi, ubi nimiæ cautela dejecit se ignem. Ediderat enim Maussacus in v. Καρκῖνος

Οὐ κεῖνος ἐξέστησε, τοὺς
γὰρ ἐμφύτους ὀρθῶς παγείσας μὲν φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸν ἐξαμαρτάνειν.

Hanc collocationem versuum quum nimis captatam postea adverteret Maussacus, ita distinguendos versus Carcini scripsit in Appendice:

Οὐ κεῖνος ἐξέστησε, τοὺς γὰρ ἐμφύτους
ὀρθῶς παγείσας φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Ex-

Excepit hoc ſane integrum & univerſum noſter emendator ac diſpoſitor, & utraſque has partes ad amuſſim implevit, atque adeo egregium verſum hic παλαιότερον poetæ Carcino & Harpocrationi intulit, ſane lauro dignum. Nugator enimvero inſignis non vidit debilem eſſe medium verſiculum, & quocunque id modo contigit, excidiſſe voculam μὲν, quam hic cæcutiens reſtituere debuerat

Ὀρθῶς παγίοις μὲν φρένας,

quam retinet quoque MS. Ex jure diſponendi, quo voluit opinor huic editioni μασγανδειν, ut vides, in unum junxit Ἐρανίζοντες & Ἐρανιςαὶ, quæ duo diſtincta ſunt capitula apud Mauſſacum. Id ſic diſpoſuit haud dubie, quia videtur Harpocration junxiſſe per voculas μὲν τι, quæ illud Ἐρανιςὴς ſequuntur, quæ voculæ non bene conveniunt in principio aliquo; eodem exemplo, quo diſtracta ab Aldo vocabula Διάγραμμα & Διαγραφεὺς recte ſociavit Mauſſacus itidem ob illas ipſas voculas. Itaque his invitantibus nemo negabit hactenus id poſſe bene cedere. Sed quo facinore oneravit hanc ſemel expertam felicitatem? Occurrunt in litera Θ duo vocabula etiam, ut hæc præcedentia, cognata, Θεωροὶ & deinde proxi-

proximum θεωρίς. Hæc ita ediderat Maussacus sancte sequutus priores editos, & consentientes in id haud dubie MSStos, idque ita, ut in ejus editione legatur θεωροὶ μὲν τι λέγονται, &c. Quid ausus est hic ῥυπαρογράφος tyrannus? Ut ordinem Alphabeti sequeretur, non solum invertit seriem, & vocem θεωρὶς anteponit voci θεωροὶ; sed etiam voculas μὲν τι prorsus delet jubens edi θεωροὶ λέγονται. Tale facinus ab ullo viro alicujus non dico famæ, sed pudoris admissum nunquam est. Sic videlicet legent Harpocrationem illi, qui nova editione utentur, & emendatum simul & dispositum. Et nisi fallor, habemus eminentia novæ dispositionis exempla, & quæ satis produnt ejus pulchritudinem, & quantas huic successori suo gratias acturus foret Maussacus, si hæc sciret. Nihilominus ut magis hunc illi devinctum videamus, corollarii vice augeamus etiam eorum numerum, duntaxat uno peregregio. In v. ὄρον citatur in anterioribus editionibus Æschylus in Κεραυνῷ. In vocabulo hujus fabulæ hæsit Maussacus, ut satis ostendit in notis, & conjecturam nescio unde quæsitam proponit. Edito jam Harpocratione cum notis convenit Maussacum Salmasius, & cum illo egit

de hoc dramate Æschyli. Itaque scribendum sic judicavit in appendice Maussacus. *Legendum* παρά τι Αἰσχύλῳ ἐν Κερχύωνι. *Ita putat eruditissimus Salmazius, cujus sententiæ ego subscribo. Nam vox* κεραυνῶνι *quam Aldina & nostra editio habent corrupta est. Porro fabulam Cercyonem docuisse Æschylum patet ex catalogo ejus dramatum & ex Polluce.* Sic ille. Quid igitur noster? nempe quum placeret illi δέρμα, tum in contextu Græco, quem videlicet ipse emendaverat, edere non dubitavit κερκύωνι, tum in Latino, cujus ipse dicendus posthac erat auctor. At omnem notam ex appendice Maussaci omittens, reponi curavit eam, quam haud dubie Maussacus omnino amotam voluit, si secunda quandoque prodiisset editio. Sed noster id fecit eo consilio, ut sic suppresso Salmasii ingenio & invento, suppresso etiam Maussaci indicio, furaretur gloriam hujus restitutionis ipse. An hoc boni viri, nedum liberaliroibus studiis operati officium sit, Tuus, Sapientissime Wedderkoppi, & aliorum arbitratus esto.

Quod ad Valesiana attinet, in iis velut parvi momenti ad calcem rejectis & relegatis, aut disposuit nihil, quum debuisset tamen, aut quæ tetigit, in iis deliravit. Quum, ut intelligo, diffi-

difficillimæ esset conjecturæ persequi singula in Valesii chirographo & nulla interdum ansa; hinc contigit, ut in paginam 341 conjecta sint aliqua, quum proprius eorum locus præteriisset: quæ quum essent hic illic immittenda, si qua secunda editio croditura erat, ipse pari modo destituta reliquit pag. 136. Et quomodo tunc quoque disponit? Primæ notæ præponit numerum pag. 395 col. 2 l. 33. At eo loco est ipsa Maussaci dissertatio. An igitur voluit hanc unam Valesii notam verbis Maussaci inferri? An non scripsit Valesius plura ad illam dissertationem? Atqui non verbis Maussaci id inseri oportet; sed notis Valesii reliquis ad eam dissertationem, & in illa editione collocari debuit pag. 81 col. 2 ante notam postremam: aut si voluit omittere, sicut omisit, hoc numero monstrare. Et quid vetuit hunc hominem, nisi mera inertia, quo minus id illic inseruerit? Idem vitium committitur in sequentibus; non enim ad Harpocrationea & Valesiana referuntur, ad quæ pertinebant, sed ad Maussaci notas. Quare qui digna non habuit Valesiana, ut disponeret, eum indignum puto, de quo propter ipsa loquamur.

Veniamus itaque ad id, quod proprie universum ipsius est, & tertiam jactationem *Latine vertit*. Equidem duos præstantissimos in eruditione viros habemus, qui explanare hoc Lexicon voluerunt, aut potius soli explanarunt, quum plurimi voluerint. Sed hoc unum restabat, ut non particulatim alicubi, ut isti fecerunt, sed per singula verba illustraretur totus Harpocration. Id igitur facit hic homo; & haud dubie nunc etiam illi, qui Græce nesciunt, intelligere possunt Harpocrationem. Gloria equidem magna.

Sed primo fucum herois nostri & turgidam vesicam & vere ambitiosam paupertatem ut cognoscas, operæ erit. In fine enim præfationis suæ ostendit Maussacus se quoque cogitavisse de versione ejus scripti; sed quum omnia consideravisset, ita decernens scripsit in eo quem dixi loco:[Versionem autem adhibere noluimus,ne sana mente præditis & literarum (ut decet) scientibus ludibrio essemus & contemptui,ad instar quorundam è trivio interpretum, qui Pollucem, Suidam, & alios id genus auctores interpretandos susceperunt.] Scias, Vir Politissime, hæc verba Franekeranus ex præfationis repetita editione in quaternione & folio Fff 3 delevit, arroganti

do-

dominio in aliena, ſed quia ſtultum ſuum laborem ſic vilipendi nolebat, ac tanti erat Mauſſacum mutilare potius, quam non ſanæ mentis ab eo accuſari, ac ludibrio & contemptui exponi. Deinde, quum vix ſit in Harpocratione ulla perioche, quam non tetigit vel Henr. Stephanus, vel Meurſius, tum Mauſſacus, & Valeſius in notis, atque ea occaſione interpretationem Latinæ vocis appoſuerint, his ille explicationibus ſubrepens, ſuum nomen alieno labori hactenus inſcripſit. Sed ſic tamen quum ſit hoc ipſius opus, plane in eo ipſo totus nudus exponitur, & quam recte ipſum Harpocrationem intellexerit, aperte patebit, non minus quam univerſa ejus incrementa in cognitione Linguæ & Hiſtoriæ Græcæ, cujus interpres eſt. Nec vero tantum otii nunc mihi eſt, ut placeat omnem hujus libelli verſionem peragrare. Non didici horis meis abuti, nec ita jejuno mihi eſſe licet, ut in ſola hac ſcabie morer. Sunt meliora quæ attendamus. Quis ſodes unquam talia audivit [Αγνώετε τὴν πόλιν civitatem luſtrate, pro ἁγνίζετε, id eſt expiate ab homicidio] Quis Græce ignorans hinc aliquid diſcit? Quid erit, ſi quis legat [Αγνωμόνως pro ἀλογίστως inconſiderate, & ἀβούλως inconſulte] An

non aliquis Græcorum imperitus, nec illorum cupidus vehementer inde proficit? Unde tam malevolentem genium, qui hominem adigit ad tales quisquilias? Ex his tamen consistit universa illa Latinæ versionis venustas. Id ostendere possemus per omnes fere pericopas. Verum ut nec nimium vani simus, & tamen aliquid agatur; in examinandâ & commentandâ primâ sparsim literâ satis clara documenta occurrent, ut istis bene perpensis pateat, quo pretio æstimari debeat illa versio Latina.

Hæc igitur nunc causa est eruditissimi hujus scripti; talem huc usque patitur orbis eruditus Harpocrationem. Sed ego jam ante quam apparatus hic in Frisia congestus ac dispositus, in Batavia vulgaretur, inescatus uberrimis Græcæ doctrinæ in hoc libello arcanis, prout habebamus Harpocrationem & Maussaci notas, acriorem oculum adjicere cœperam. Unde quum viderem multa etiamnum destituta prodi, studiosior in hanc causam factus sum, postquam fidei meæ credita sunt Valesiana præcipuæ industriæ, eruditionis & ingenii pugillaria. In quibus quum occuparer, anno hujus sæculi octogesimo, ac frater meus tunc Florentiæ interventu ac favore Illustris

Digitized by Google

ſtris Mæcenatis noſtri ANTONII MAGLIABEQUII, frueretur uſu & ut vere dicam contubernio feliciſſimo pluteorum Mediceorum obtinui ab eo, ut quum exſtarent iſtic duo Harpocrationis exemplaria, membranaceum & alterum è charta, aut unum aut utraque vellet percenſere ad editionem Mauſſaci. Scilicet non poterat mihi videri ad hanc rem ſufficere aſſidua verſatio aliorum ſcriptorum & quantumvis ſtudioſa comparatio, in qua conſiſtit Meurſianus labor. Illa enimvero ſicut hic illic aliquid forſan proficit; ita nequaquam ſatis magni ponderis eſt ad totum opuſculum rite peragendum. Non placent mihi hæ tam crebreſcentes Batavæ editiones, in quibus præter chartam & characteres vix eſt quod laudes; quum præcipua ratio abſit. Ut in auctoribus noſtris aliquid non jejune nec macilente præſtetur, inſpectio veterum exemplarium neceſſaria eſt, quæ mirificam & cogitationibus fœcunditatem, & ingenio ad ſe acuendum & judicio ad ſalubriter pronuntiandum ſubjicit ac ſuppeditat occaſionem. Itaque ſatis operoſe ſatiſque benevole deſiderio meo reſpondit, eligens codicem illum, qui præferebat αὕτη ἡ βίβλος ἐστὶν ἁρμονίου τοῦ ἀθηναίου. ἔχει φλύνια ζ,

etſi

etsi annotatum recentiore & diversa manu, quam fuerat scriptus ipse codex. Etiam calamus idem præscripserat verba Suidæ, ἁρποκρατίων ὁ Βαλέριος χρηματίσας ῥήτωρ ἀλεξανδρεύς. λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων ἀνθηρὸν συναγωγήν, quum alterius codicis inscriptio legeretur ἁρποκρατίωνος λεξικὸν ἀναγκαῖον τῶν ῥητορικῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον. ἀρχὴ τοῦ α. Omnia novitatis crudissimæ & proximæ indicia.

Eodem circiter tempore in sermonem veniens cum Senatore Consultissimo & Eruditissimo Wilhelmo Goesio, de ludicris nostris, quæ amata illi fuisse ac cara tum sermone mihi sæpe significavit, tum rebus & fulgentibus in posteritatem documentis ostendit; colloquio nostro etiam ad Harpocrationem delato, nactus fui statim ex copiosis, ut certe erant, scriniis ejus, cimelium profecto omni cura & veneratione adspiciendum, editionem videlicet Aldinam hujus libelli anni MDXXVII à me, ut decebat, osculo religioso exceptam, quippe tot manibus eruditissimorum hominum tractatam. Præferebat enim primo dominium Xylandri 1565 Kal. Novemb. deinde Fabri, qui Sylburgio donum dederat, ut Xylandri nomine publicaret: inde venit in jus Marquardi Freheri, qui Danieli Heinsio eam

eam miserat, isque benevolentiæ ergo transcripsit Jano Rutgersio, quem juvenem vocat doctissimum & ornatissimum, atque ita rursus per hereditatem facta Dan. Heinsii venerat jure successionis in manum summi, & mihi semper honorandi Viri. His adorandis manibus quum nitere vestibulum, etiam per omnes paginas continebat earundem signa, quorum nonnulla hîc exsignata invenies, quum ipse codex, ut intellexi, postea in causam furti inciderit; nec ubi lateat, etiamnum sciam.

Nuper etiam alterum istius Aldinæ editionis exemplar venale hîc fuit, quod in prima pagina præferebat nomen Jacobi Gruteri, in ipsa indicis pagina illud solenne τ̃ αὐτοῦ. Ad Harpocrationis initium adscripta erant, *Præter ea quæ hic præstiti ipse, è libro Illustris Scaligeri multa supplevi, cui Reverendus Theodorus Beza è codice in Italia MS. quædam à se descripta subministrarat.* Ex hoc fuit mihi volupe videre lectiones nonnullas, quas produxi, stabilitas concordia illius cujuscunque codicis ab Beza in Italia visi: sed quum id sero demum contigerit, non potuit notis meis intervenire, & aliquid in ornamentum addere. Quanquam ea venia huic tempori, quod me & hunc

laborem morbis rupit ac fatigavit, spero, dabitur, ut per hæc quoque videar industriam satis bene posuisse.

Cujus si Tu, Illustrissime Wedderkoppi, judicium mihi præbueris, habebo, cur hujus voluntatis ad succurrendum Harpocrationi me non pœniteat. Quod ut reverebor; ita felicitati meæ gratulabor, quod ita contigerit, ut in Tuo tam splendido & considératè appellando nomine licuerit mihi totum hoc quidquid est, luci ac famæ committere. Nec minus Tibi gratias agam, in cujus vultu, placido illo & favente, circumspiciens, quidquid in hoc genere studiorum vereri & cogitare compellor, tam suaviter hæsi, ut tam longum sermonem ejecerim; qui tamen longior esse debuisset, si Harpocrationis commoda peculiaria enarrare voluissem, quod constitueram. Sed ista hactenus. Faxit Deus, ut lumen, quod familiæ Tuæ intulisti, cum lætitia communium necessitudinum quotidie fulgeat candidius, & consilii Tui prudentia ac sanctitas beatissimam illam Cimbricæ Chersonesi partem post tantas concussiones reparet, foveat & in certa sede confirmet. Lugduni ad Rhenum, Kalend. Decemb. CIↃ IↃ C LXXXXV

OYA-

ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΕΞΕΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ.

ΑΒΑΡΙΣ, κύριον. λοιμοῦ δέ φασι κατὰ πᾶσαν Pag. 1.
τὴν οἰκουμένην γεγονότος, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων
μαντευομένοις Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις, τὸν τῶν
Ἀθηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιή-
σασθαι. πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτοὺς, καὶ
Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν.
ὁ δὲ χρόνος, ἐν ᾧ παραγέγονε, διαφωνεῖται. Ἱππόστρα-
τος μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν ὀλυμπιάδα λέγει παρα-
γενέσθαι· ὁ δὲ Πίνδαρος, κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα·
ἄλλοι δὲ κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην ὀλυμπιάδα.

Ἄβιος, τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένον
ἔταξεν. ὥσπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει, τὴν πο- P. 2.
λύξυλον

Ἀβροκόμας, οὗτος σατράπης ἦν Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βα-
σιλέως.

Ἀγάθαρχος, ὄνομα κύριον. τούτου μνημονεύει Δημοσθέ-
νης. ἦν δὲ ζωγράφος ἐπιφανὴς, Εὐδήμου υἱὸς, τὸ δὲ
γένος, Σάμιος.

Ἀγαθῆς τύχης νεώς. τούτου μνημονεύει Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ
διοικήσεως, καὶ ἕτεροι.

Ἀγασικλῆς. περὶ Ἀγασικλέους Ὑπερίδης λέγει. γέγραπται καὶ
Δεινάρχῳ λόγος κατ᾽ αὐτοῦ, ἐν ᾧ δεδήλωται, ὅτι Ἁλι-
μουσίοις συνεδίκασε· καὶ διὰ τοῦτο ξένος ὢν, τῇ πολι-
τείᾳ ἐνεγράφη.

Ἄγει, τοῦτο πολλὰ σημαίνει. Ἰσαῖος δὲ ἀντὶ τοῦ φέρειν καὶ
ἐνάγειν καὶ ἕλκειν ἔλαβεν ἐν τῷ οὕτως ἐπιγραφομένῳ

ὑπὲρ Ευμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις, λέγων οὕτως·
Ἔβλαψέ με Ξενοκλῆς ἀφελόμενος Ευμάθην εἰς ἐλευ-
θερίαν, ἄγοντος ἐμοῦ εἰς δουλείαν κατὰ τὸ ἐμὸν μέρος.
καὶ πολλάκις ἐν τῷ λόγῳ ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι ἐπὶ τῆς
αὐτῆς ἐννοίας. Αντιφῶν δ' ἐν τῷ περὶ ἀληθείας φησὶ,
P. 3. τοὺς νόμους μεγάλους ἄγοι, ἀντὶ τοῦ ἡγοῖτο. τούτου πολλὴ
χρῆσις.

Αγελαίων. Ισοκράτης ἐν τῷ παναθηναϊκῷ. ὡς ἂν εἰ ἔλεγε τῶν πολλῶν σοφιστῶν, καὶ πλανητῶν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀγελαίων ζώων, ἃ βόσκεται εἰς ἃ τύχοι χωρία· ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς διαβόσκεσθαι φασὶ ῥύδην, καὶ ἀγεληδόν. ἡ εὐθεῖα, ὁ ἀγελαῖος.

Αγονὴς, ἀντὶ τοῦ ἄπαις παρ' Ισαίῳ, ἐν τῷ ὑπὲρ Μενεκλέους κλήρου.

Αγησίλαος, οὗτος ἦν, ὡς ὁ Ξενοφῶν δηλοῖ, βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ἐπιφανὴς καὶ γενναῖος· καὶ πολλὰ τῆς Ασίας κατεστρέψατο, τοῖς Κύρῳ συναναβᾶσι χρησάμενος στρατιώταις.

Αγλαυρος, ἡ θυγάτηρ Κέκροπος. ἔστι δὲ καὶ ἐπώνυμον Αθηνᾶς.

Αγνεύετε τὴν πόλιν, Αντιφῶν ἐν τῷ δευτέρῳ, ἀντὶ τοῦ ἁγνίζετε.

Αγνίας, Ισαῖος ἐν τῷ πρὸς Ευκλείδην περὶ χωρίου. τοῦτον καὶ τοὺς συμπρεσβευτὰς αὐτοῦ φησὶν Ανδροτίων ἐν πέμπτῃ τῆς Ατθίδος, καὶ Φιλόχορος, ὡς ἑάλωσάν τε καὶ ἀπέθανον ὑπὸ Λακεδαιμονίων.

P. 4. Αγνοῦς, δῆμος τῆς Ακαμαντίδος φυλῆς, ἧς ὁ φυλέτης, Αγνούσιος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος.

νος βασιλέως. Quod ego omnino venisse reor ab manu auctoris, non minus quam infra scribit Ἀλκμαιωνίδαι γένος ἐπιφανὲς Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀλκμαίωνος. Imo in editione Aldina plane sic legitur, ut nos rursum ex MSto restituimus: ut adeo appareat per conniventiam Maussaci id vocabulum hinc excidisse: ubi noster non dignatus conspectu suo ullam ex prioribus editionibus, ex corde suo potius & sublimitati suæ convenientius putavit spurium aliud immittere. Cæterum quum in MS. hic sit ora paginæ inferior, adscriptum his est alia manu. Ἀκτὶς ἡ τοῦ ἡλίου λαμπηδὼν, ἐπὶ θηλυκοῦ. & Ἀκτὴ ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης καὶ ἀκτὴν τὸ δῶρον. Paulo ante etiam in MS. erat ἐπιθαλαττίδιος μοῖρα, sine vocula τις, quam vulgo addunt.

Ἁλαιεὺς ὄνομα δημότου] Sic corrigit & edit Maussacus, quum vulgo legeretur δήμου, idque sub eo prætextu, quia sic habent quidam exarati; opinor intelligit manu vel penna, non typis, nec tamen dicit quinam illi; sive iste sit codex Morelli, sive alius. Quinetiam ad v. Ἀραφήνιοι hanc suam mutationem ostentat quodammodo & prædicans iterat. Connivit Valesius. Quæcunque hoc loco dicit Maussacus, quæque ad Strabonem Casaubonus, omnia habet quoque Meursius & eadem pronunciat. Certe in MS. legitur δήμου. Et puto vehementer sibi imposuisse Maussacum. Non enim quia & Theophrastus Ἁλαιεὺς & Ἀρχεβιάδης Ἁλαιεὺς ipsi occurrit, atque adeo sic confirmatum habet nomen δημότου, quod & ex inscriptionibus profert Sponius; ideo sequitur non idem fuisse nomen δήμου, nec fieri posse, ut demus & demotes eadem appellatione utantur, de quo mox videbimus. Præterea si Theophrastus vel Archebiades, quum

quum uterque hic ita ſimpliciter cognominatur; Α-λαιεὺς, ut placet Mauſſaco, precor unde iſte domo, quum fuerint duæ Αλαὶ? Et dicat quoque Sponius, cur illos duos Αλαιέας in inſcriptionibus adſignet Αλαις Αιξωνίσι, potius quam Αραφηνίσι. Imo digniſſima eſt, quæ hic ſpectetur annotatio Caſauboni ad Strabonis pag. 398. Hinc primo videmus certe duo hujus nominis loca fuiſſe: etiam cum civis inde oriundus citaretur, ſolere cognomine adjecto diſcrimen ſtatui. Quomodo id in hoc Theophraſto locum habebit? quod exemplum ſi recte conſideres, profecto id damnat opinionem Mauſſaci. Et merito certe. Quippe quod firmiſſime urget, qua ratione & analogia ab Αλαὶ veniet Αλαιεὺς? Eſt eodem accentu, eademque terminatione par demus Θοραὶ τῆς Αντιοχίδος φυλῆς ut ſcribit Stephanus, & pergit: ὁ δημότης Θορεὺς. Sic ille; non Θοραιεὺς. Eſt apud eundem mutato accentu Περασίαι δῆμος Αθήνησι Πανδιονίδος φυλῆς: & quid ſequitur? nempe δημότης Περασιεὺς. Sic rurſum ille, non Περασιαιεὺς. Apud Harpocrationem Αλωπεκαὶ dicitur δῆμος τῆς Αντιοχίδος. Et quid apud hunc ſequitur? ὁ δημότης Αλωπεκεὺς. Itaque fieri non poteſt, ut ab Αλαὶ derivetur Αλαιεὺς, ſed omnino verum eſt Αλεὺς, & fruſtra Caſaubonus ex Strabonis ſcriptura vulgata Αλιεῖς οἱ Αξιωνικοὶ legit Αλαεῖς, quum non poſſit aliud eſſe, quam Α'λεῖς. Dices ergo, quid eſt igitur hoc loco Α'λαιεὺς ὄνομα δήμου? Certe ut aperte dicam quod ſentio, opinor eſſe vocabulum alterius & nihil ad priores illas duas pertinentis demi, cujus δημότης eadem quidem vocari fuit ſolitus appellatione. Prorſus enim, ut dixi, mirum non eſt, ut & δῆμος exeat in hanc ipſam terminationem; ſed nec magis mirum eſt, ſi & δῆμος & δημό-

της eam habeant aliquando ſimilem; maxime etiam ſic exeunte ultima ſyllaba. Stephanus in Φάληρον. λέγεται ᾗ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης Φαληρεύς. Sic Πειραιεὺς apud eundem Stephanum δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ὁ δημότης Πειραιεύς. Sic non dubito, quin etiam Ἀχαρνεὺς dixerint pro ipſo demo, unde teſtatur Stephanus Herodianum dixiſſe Ἀχάρνεις pro Ἀχάρναι: & ſic fecit fortaſſe Lucianus Timon. p. 91. ἠλίσθαι ᾗ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχάρνεας. Sic Τελμεμεῖς, Ἀπολλωνιεῖς & Φλυεῖς dicuntur δῆμοι, unde δημότης Τελμεμεύς, Ἀπολλωνιεὺς & Φλιεύς. Certe enim hi δημόται ſi dicendi erunt numero plurali, fieri nequit, ut non conveniant, & haud dubie etiam ipſe δῆμος olim ſingulari numero efferebatur. Sic dicitur Stephano Ἐλαιεὺς δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Nec dubitandum, quin ſimiliter ab aliis vocatus fuerit δημότης, quod ſatis declaratur ex Stephani verbis in Μελαινεῖς, ubi is confidenter ait ὁ δημότης ὁμοίως Μελαινεύς. Sed & ipſe Meurſius in indicem populorum Atticæ ſub numero 21. recenſeri curavit Ἀπολλωνιεύς. Unde equidem neſcio, qualia ſint, quæ illic ſequuntur apud Stephanum ex Diodoro, cui Ἐλαιεῦς dicitur, cujus tamen ſcripturam ſibi magis placere teſtatur Meurſius. Quod hic bonus vir adeo ſine cauſa projecit, ut idem Meurſius in Heſychio non dubitet ſcribere, ἐστὶ γὰρ ὁ Κελωεὺς δῆμος φυλῆς τῆς Ἀντιοχίδος, quum prorſus ibi requiratur δημότης. Similis eſt etiam plane Φελλεὺς ſatis notus. Adde Harpocrationem noſtrum in Ἰκαριεὺς & Κηφισιεύς, ubi noſter aſſidue intermiſcet vocabulum Harpocrationi ignoratum. Nam cur noviſſimus edat Ἁλαιεύς, videat cum Meurſio.

In v. Ἀλίπεδον legitur, αὖθις ᾗ πεδίον ἐγένετο. quod La-

tine vertit *iterumque campus esse cœpit.* Non potest iterum campus fieri, nisi quod jam ante semel campus fuit. Id vero non dicit Harpocration secunda vice mutari in campum debere, sed *postea vero campus factus est.*

In v. Ἄλογοι ἐρανισταὶ, primo notandum est, qua significatione communi recens interpres putet has voces accipiendas esse. Latine enim effert, *qui pensionem nondum solverunt.* Vellem scire, quis sic locutus sit. Nullus Græcus unus dicit aut dixit, nullus Harpocration aliquem ita usurpasse scripsit. Sed tantum has voces citat ex Dinarcho, non addita sententiæ explicatione alia nisi quæ sequitur, sed dubitanter proposita. Sed quis dixit communiter Græce ἄλογον esse, qui non solvit pensionem? Talem Græci ἀσύμβολον in hoc casu vocant, ut sciunt omnes. H. Stephanus scribit sine auctore. Et quam belle accipit expositionem Harpocrationis οἱ μήπω ἐξειληχότες τὸ ἐπιβάλλον ἑαυτοῖς; Latine vertit, *qui ratam suam partem nondum consecuti sunt.* Imo nunquam apud Græcos τὸ ἐπιβάλλον ἑαυτοῖς usurpatur ratione commodi, & ut notent partem, quam consequi aliqui debent, sed tantum solvere, & semper onus notant & expendere. Ideo longe aliud quid intelligit: nempe, quum nova eranistarum societas constitueretur, & certis temporibus singuli in medium juberentur conferre, eos ad quos vices conferendi nondum hactenus venerunt, quum alii priores sortiti jam id fecissent, hos significat dici ἀλόγους ab Dinarcho, quæ rara est ejus vocis significatio, & quam vulgo non habebant, uti male putat hic homo. Sed & vox quæ sequitur, ἐκφερομένων plane nihili est. Quis dixit ὀνόματα εἰς ἔρανον ἐκφέρεσθαι? Certe MS. per-

com-

commode ἐμφερομένων. Et quoniam in eo nunc sumus, ut περὶ τοῦ ἐράνου loquamur; non possum quin exsiliam ad inspiciendum, qualem se hic ipse interpres gesserit in v. ἐρανίζοντες. Nempe dicit illic Harpocration Demosthenem dixisse ἐρανίσας ἀντὶ τοῦ ἔρανον αἰτήσας. Hæc is intellexit & Latine vertit, quasi Demosthenes id dixisset pro *cum collationem coegero.* Quod quam falsum & longinquum est tum à mente Demosthenis, tum ab expositione Harpocrationis? Quid an αἰτεῖν est cogere? Quum igitur in Juvenali legimus Sat. 6. Meretrix Augusta *Excepit blande intrantes atque æra poposcit*, idem esse dicemus, quod accepit. At quanto illud fœdius? Nemo potest dicere *cum collationem coegero* alio sensu, quam quum nummos in eranum conferri solitos accepero; an hoc est αἰτήσας? imo αἰτήσας est, petito & rogato ut conferant; dent velut pauperi stipem: quod longe antecedit alterum & ab eo differt. An quum dicebant Græci, Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, intelligebant cogere & post petitionem semper acquirere? imo sequitur οὔ τοι δώσω. Longe aliud hic sedet. Proprie ἐρανίσας Græce notaret eum, qui fuit in erano, qui fuit ἐρανιστής, quem statim exponit, atque ideo ἔρανον εἰσενέγκας, ut ait Valesius bene. Sed Harpocration non solitus proprias notiones ex auctoribus colligere, ut quæ satis cognitæ sunt, refert, quam translate & varie id sumant. Ex his Demosthenes ἐρανίσας dixit raro & singulari modo, pro flagitato erano, postulata ab amicis & erani consortibus ope. Ipsum locum inspice vel apud Valesium vel ipsum Demosthenem, & videbis sane.

In v. Ἀλόπη edidit Maussacus Φαληρέων, ut habent quoque priores editi. Itane hoc pulchrum est, ut hæc

nova editio non modo in Græcis ſequuta ſit, ſed etiam Latine præferre debuerit *Phallereorum*. Quid dicam, ὦ Φαλλέ? Nonne in litera φ, nonne in Διὰ μέσου τεῖχος exſtabat melius? In codice Goeſiano jam prius λ inductum fuit, & in MS. plane legitur Φαληρέων.

Ἄμιπποι vertuntur, *qui ex equis pugnabant*. At hi ſunt omnes equites. tanto fœdius quod ipſe Harpocration dicat οἱ σὺν ἵπποις στρατευόμενοι: ſed & deinde in verſione nexas arenas videas, quum Græca optime cohæreant. Poſt Homeri verſum ſcribit, *ſunt & ἄμιπποι pedites.* Id vero jam dixerat Harpocration in præcedentibus, quum dixit tales eſſe, οἱ σὺν ἵπποις στρατευόμενοι. Nunc repetit filum prius parva interjectione abruptum, & probat expoſitionem ſuam dicens, *Sed ἄμιπποι ſunt pedites*, ut claret è Thucydidis & Xenophontis hiſtoriis rerum Græcarum, & fortaſſe (ſic enim erant vertenda, ut manifeſta ſit connexio) eſt genus quoddam antecurſorum. Jam vero quod ſequitur ex Philochoro, quid facit ad ſtabiliendos ἀμίππους & eorum expoſitionem ab Harpocratione traditam, ſi Philochorus dicat tantum καὶ προδρόμους? ſic enim diſtinguunt illi Heroes. Nihil ego inde probatum videre queo, & alteri alteros nihil tangunt: non magis, quam ſi ego aliquid probare velim de die, & ad id citem alterum quendam, qui dicat *& noctem*. Sed Harpocrationis ſententia eſt, quum ſuſpicatus eſſet & prodromis accenſeri, vel genus quoddam ex iis eſſe, *Philochorus igitur in ſexta decima hiſtoria vocat etiam prodromos*. Haud dubie aliquid tale fecit illic Philochorus. Nec ſemel ſane contigit, ut vel verba citata ex aliis haberentur pro Harpocrationeis, vel rurſus verba Harpocrationis pro alterius auctoris citatione

tione acciperentur. Præcipue id elucet ex adventu Latinæ hujus interpretationis.

In v. Ἀμφισσα nobile ejus confusionis exemplum est. ubi citari videas Aristotelem, & hæc verba velut ex ipso adoptata, aliis literis exprimi: *Andræmon conditor civitatis fuit.* Post hæc quasi rursum sequatur Harpocration, videas exprimi alio charactere, *quum* Ἀμφισσαν *dixere, quod montibus circumdetur.* Unde fit, ut quæ ex Aristotele huc inprimis pertinentia allegavit Harpocration, pro non Aristoteleis habeat hic bonus interpres. In Goesiano codice apparebat clare ab erudita manu post φησὶ erasum esse signum distinctionis, idque repositum ante eam vocem.

In v. Ἀμφιδέαι verba sunt hæc Lysiæ, *οὐ δυνάμενος δὲ ἐκβαλεῖν διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὰς θύρας.* Ut scias, quam nihil humile cogitet, ecce elatam Latinam versionem. *Quum non posset erumpere, quod portæ essent catenis obfirmatæ.* Credo portas Caspias cogitavit, an ipsius urbis Athenarum? Sed videlicet ἐκβαλεῖν Græce respondet Latino *erumpere*, ut sic auctoritate suæ Latinæ versionis momentum addat ineptiis eorum, qui in Marco Petrum ἐπιβαλόντα potuerunt accipere injicientem se aut irruentem & quasi irrumpentem in exitum & januam vel exterius atrium. Haud dubie apud Lysiam agitur de causa privata, ubi vel maritus uxorem vel alius alium voluit domo expellere; quod facere non potuit, quia tertius in eadem domo id futurum prævidens, fores catenis obseraverat.

In v. Ἀμφιδρόμια legitur περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες; & sic quoque apud Hesychium legitur in eadem voce, nisi quod περὶ, ut & recepisse Valesius videtur. Sed non sustinui ei assentiri, quum in verbo

τρέχειν id intelligi possit. Quo enim currebant, aut poterant currere, nisi circa eam? Itaque & in Etymologico apud Castellanum legitur περὶ τὴν ἑστίαν περιφέροντες. Sed tamen idem Hesychius in v. Δρομιάφιον invertit verba βρέφος βαστάζοντες τρέχουσι, & in hoc loco Harpocrationis MS. præfert ἔτρεχον φέροντες, quod videtur esse genuinum præ altero. Nam sic etiam in v. Ἀποκηρύττοντες scribit ἐκφέρων ἀπώλησεν. Ne dicam, quod soleant Græci elegantiores illud participium φέροντες ex abundanti inserere.

In v. Ἀμφικτύονες editur συνέδριον τί ἐστιν Ἑλληνικόν. An igitur in v. Ἀλκμαιωνίδαι dicit γένος τί ἐστι? aut similiter in Εὐνεῖδαι? Non profecto. Et tamen hoc synedrium illis multo fuit nobilius ac potentius. Ne igitur toleremus istas vanas voculas τί ἐστι, quas plane abigit quoque MS.

In eadem voce parum est, quod Græcarum historiarum interpres Βοιωτοὶ Latine verterit *Bœotii*; præcedentia de Amphictyone quam projecte vertit? *qui & ipse populos cum regnaret ad conventus convocavit.* Quis, oro, rex illud non fecit? sed non id vult Harpocration, quod quidem notius est, quam ut ipse hic exprimam, quum omnes scriptores dicant. Similis eruditionis indicium sedet in sequenti v. Ἀμφίπολις, ubi in Latina versione potest suis offerre *Antiphontem de tributo Lenæorum*; nec satis: etiam in erudito & elaborato isto elencho veterum scriptorum prostituere eum potuit.

In v. Ἀμφισβητεῖν difficilior occurrit locus, in verbis οἱ μὲν φάσκοντες ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ὡς ὄντος παιδὸς τῷ τετελευτηκότι quæ Latine vertuntur, *cum illi hereditatem controversam esse assererent, quia filius*

ex-

extaret mortuo. Expositionem vocis ἐπίδικος videtur ex inferiore loco accepisse, ubi ea exponitur ἡ ἀμφισβητουμένη ἐπίκληρος, ὅτῳ χρὴ αὐτὴν γαμηθῆναι, ut sic ἐπίδικον sit, de quo in jus iri debet. Nihilominus ego non capio id acumen. An quia exstat mortuo filius, hereditas controversa ideo est? & quando igitur certa & firmum justumque successorem habet? Immo intelligerem, alii quidem dicentes legitimam esse hereditatem, & constanti jure pertinere ad eum qui filius mortuo relictus est.

In v. ἀμωσγέπως pro vulgato ἐνί γέ τινι τρόπῳ MS. habet erudite ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, quod omnino Harpocrationis.

In v. ἀναβάλλει egregie ostendit, & quantam possideat Latini sermonis abundantiam & quanto valeat judicio. Scribit ibi Latine vertens, *remoratur, prolatationibus implicat, & ceu detrectat facere.* Quam leniter & liquide elaboratum hoc postremum? Nihil sane curiosius. Et quale est illud Græcum, quod ei tam molli versioni causam dedit? Nempe non aliud quam οἷον εἰ ἀναβάλλεται. Fieri nequit, quin sit magnus in hoc ingenio lepor. Sed ut ad rem: quid, sodes, novi in eo est, si ἀναβάλλει notet illa omnia tria? An non communiter & vulgariter ita passim accipitur? Omnia Lexica id tibi dicent: & sane tam illud *prolatationibus implicare*, quam *detrecto facere* sublegit rapiens ex Budæo. Immo longe alia mens est Harpocrationis, & majoris momenti aliquid hîc docemur. Nempe ἀναβάλλειν, quod videtur esse activum, & est, interdum usurpari velut neutrum passiva significatione, ut sit in moris hærere, in dilationes incidere, & velut differri. Hoc ignotum, hoc singulare est apud Demosthenem in Philippicis. Hoc

solet observare Harpocration, ubi verbum natura sua & usu vulgato activum degenerat in neutrum ac plane tandem passivum. Sic contra passivum notat rediisse in activam significationem. Ἀποδιδόμενοι, Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Σαμοθρᾳκῶν φόρου, ἀντὶ τοῦ ἀποδιδόντες.

In v. Ἀναγιγνωσκόμενος lege observationem Maussaci, & considera, cur MS. Mediceus habeat Ἡρόδοτος ἐν βʹ; hoc est, δευτέρᾳ. Idem in v. Ἀναγκαῖον pro ἀνώγαιον exhibet ἀνώγεων.

In v. Ἀναθέσθαι subest aliquid monstri. Scribit Latina versio: *Vitam velut calculum revocare haud licet, id est, præteritæ vitæ ratione damnata, novam instituere.* Quid aliud ab Christianis exigitur, & quotidie illis inculcatur? Si id non licet, quo illi incassum labores? Omnino negari nequit licere id Christianis, imo etiam incumbere; sed & ineptam penitus esse hanc versionem. Agitur enim de gentilibus; quibus etsi id ipsum quoque licuerit, tamen alia in his verbis est consideratio. Sensus erat, dies priores, quos quis jam vixit, revocare & referre & rursus agere nullius ea potestas est, ut quidem tesseræ semel motæ & traductæ reduci & revocari possunt. Reddere sibi quis pueritiam vel adolescentiam quam peregit & quidem male peregit, nequit, etiamsi jam alio modo agere vellet. Sed unde noster homo hausit suum οὐκ ἔξεστι, quum Aldus, Maussacus & æque MS. tantum habeant οὐκ ἔστιν, quod revocavi, ut & in v. Διαμαρτυρία, καὶ τὸ προβάλλεσθαι. Cæterum his in MS. subjungitur, alia tamen manu: ἀνασκολοπίσαι τὸ σταυρῶσαι.

In v. Ἀναξαγόρας, etsi jam tot annos monuerint viri docti justo generalius facere eos qui μύδρον διάπυρον Latine vertant *globum igneum* vel *candentem*, ta-

men sic quoque id recantat noster, quod miror. Nam certe de globo nihil est in voce Græca, nec sol ostendit globum, sed orbem, etsi interdum aliter loquantur. Verti debebat, *massam in forma orbis ignei.*

In v. Ἀνασυντάξας quam Harpocration exponit ἄνωθεν συντάξας, Latina versio interpretatur, *qui census iterum egit*, haud dubie idcirco, quod infra in ἀπόταξις & σύνταξις tale quid occurrit, ubi συντάττειν notat imperare & imponere tributum; ac dein quia vox ἄνωθεν supra videtur poni pro rursus, iterum. At ego non video eam interpretationem Harpocrationi placituram, aut Hyperidæ usurpatam; sed intelligo narrationem facti ab alto & principio deductam, qualis Hyperidæ contra Polyeuctum convenit.

In v. Ἀνδραποδιστὴς MS. pro μόνον θανάτῳ ζημιοῦν, habet, μόνῳ. Sed nequeo supprimere, quod elegantissimum ab erudita manu adscriptum habet codex Goesianus; εἰ τοὺς ἀνδραποδιστὰς, τῶν οἰκετῶν ἡμᾶς ἀποστεροῦντας μόνον, θανάτῳ ζημιοῦν ἀξιοῦτε, etsi nesciam quo pignore & auctoritate.

In v. Ἀνελοῦσα occurrunt verba ἐν ἢ τοῖς Ἀττικοῖς, ubi Latine verti videmus *apud Atticismorum collectores.* Eadem loquutio adhibetur sæpius in hoc libello, ut in ὀκτωλεμιῶσαι, in aliis locis pro eo legitur ἐν τοῖς Ἀττικιανοῖς ut in Ἀργᾶς, Ναυκραρικά, alibi denique ἐν τοῖς Ἀττικισμοῖς, ut in θύστον. Quo postremo loco inductus Maussacus ad v. Ἀργᾶς & Ναυκραρικά, ubi legitur Ἀττικιανοῖς, censuit de atticismis intelligendum, in quo paruit illi hic interpres. Nec satis: Sed eodem modo Latine ubique vertit, etiam ubi occurrit ἐν τοῖς Ἀττικοῖς; negotium tanto ineptius, quod ipse Maussacus loco citato statuit inter eos esse differentiam. Sed licet hæc

concedamus, licet etiam præstantissimus ille Valesius ei concedat, & ἀττικιστὰς dictos eos fuisse notet, certe nec Maussacus nec quisquam Atticismum mihi ostendit vel ostendet sive in voce Ναυκραρικά seu Ναυκραρικά, sive in voce ἄρπαξ: imo nec in his verbis, ut plane hæc interpretatio non satisfaciat. Et certe videntur hæc potius explicanda ex claro Pollucis loco libri VII. cap. 2. quem citat Maussacus ad v. ἀρχτοδίσαι. Verba sunt. Τῆς δὲ εἰσωνίας Λυσίας ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ ἀσπονδοποιοῦ. ἐν δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ψηφίσμασι, ὁ τοῖς ξένοις ἐπί τι μέγα ἐγεγράφετο, ἐστὶν εὑρεῖν εἶναι αὐτῷ καὶ οἰκίαν ὠνήσιν. Sed male hinc concludit Maussacus Lysiam hic dici scripsisse ψηφίσματα: quum prius comma modo ad Lysiam pertineat, reliqua nihil. Talis codex Ἀττικῶν ψηφισμάτων exstitisse videtur, unde viri docti multa videntur observasse ad Atticæ linguæ proprietatem, in quibus etiam sæpe mentio fieri debuit regionum & urbium, & maxime formularum ab illis adhibitarum. Ut Craterus collegit ψηφίσματα, ita etiam Pericles Plutarcho teste.

In v. Ἄνετον, quum legatur ἀντὶ τοῦ τὸ ἱερὸν καὶ ἀνειμένον θεῷ τινι, quumque nuperus interpres vertat Latine *sacrum, templum, & Deo cuipiam dicatum*, apparet nihil ab eo bene perceptum. Tanto enim minus hoc loco de templo cogitandum erat, quia clare Harpocration masculinum indicat. Ἄνετον subintellige ἵππον vel ἀγρὸν, vel ταῦρον, vel qualemcunque aliam rem, quam solebant veteres, si res singulari modo prosperæ eis evenissent, dimittere eximentes omni usui ac labori, ut Cæsar equos in trajiciendo Rubicone flumine consecrasse, & vagos & sine custode dimisisse dicitur Suetonio, & alii aliis. Sic Hesych. Διὸς

Διὸς βȣ̃ς, ὁ τῷ Διῒ ἄνετος βȣ̃ς. ἔϛι δὲ ἑορτὴ Μιλησίων.

In v. Ἀνήκει latet indigna & Harpocratione & vel parumper acutas in sermone Græco aures habentibus editoribus loquutio. Legitur ἀντὶ τȣ̃ ἀπλȣ̃ τȣ̃ ἥκει. Quid precor insulsius dari potest ista repetitione articuli? An non satis abundeque supplet omnia posterior? An etiam sic loquitur in v. Ἀπλαχεῖν? non sane, sed apponit, ἀντὶ ἁπλȣ̃ τȣ̃ λαχεῖν. Itaque fieri nequit, ut non elegantissime nunc etiam Harpocrationi succurrat MS. similiter exhibens ἀντὶ ἁπλȣ̃ τȣ̃ ἥκει. Ut nunc edidi.

In v. Ἀνθυπωμόσαντο primum quærendum est, unde noster homo receperit sex syllabas, quum Aldus & Maussacus & MS. modo habeant ἀνθυπωμοσίαν. An quia H. Stephanus nonnisi ἀνθυπόμνυσθαι agnoscit, ideo vis inferenda fuit Harpocrationi? Rursus quia idem Stephanus ἀνθυπωμόσαντο dicit simpliciter capi pro *vicissim jurarunt*, ideo noster id probare debebat & Harpocrationi offerre? Res ipsa manifeste aliud docet. Etenim hoc verbum contrarium τῷ ὑπόμνυσθαι: quum scilicet ad differendam litem altera pars jurasset de justa ejus differendæ causa quam prætexebat, altera pars contrario jurejurando causam istam reddebat, certe conabatur reddere irritam: id est ἀνθυπωμόσαι. Hinc est quod in Harpocratione non legi debeat ὑπεῖπον, sed ut egregie & sancte custodivit manum auctoris liber Florentinus, ἀπεῖπον.

In v. Ἀντιπιτίθησιν citatur ab Harpocratione Isæus ἐν τῷ πρὸς Καλλιππίδην, quem Latinus interpres putavit convenire Latino *Callipedem*. Nonne hæc egregie concurrunt?

In v. Ἀντιβληθέντας, additur talis explicatio ἀντὶ τȣ̃

ὑπα-

ὑπαγορευθέντας. Hinc quum editor ultimus vidisset vocem ὑπαγορεύω ab Budæo explicari *sermonem excipio*, etiam ὑπαγορεύομαι observare eundem sumi active; hinc credulus ille interpretatus est etiam in Harpocratione *sermonem excipientes*. Quasi quum præsens passivum sæpe pro medio accipiatur, sic quoque fieri soleat in aoristo, nunquam nisi significationis passivæ. Certe nemo nisi ineptus non erubescet Lexica Græca Latine interpretari. Quot enim hic significationes excogitari possent, quarum tamen verissima eligi nequit, nisi ipsas voces Dinarchi habeamus. Quæcunque autem vera sit, certe hæc quæ posita est, non nisi falsissima haberi potest. Utique alia prorsus docuit eum Salmasius ad Vopiscum.

In v. Ἀντίθεσις, licet Maussacus dicat omnes bonæ notæ Codices ita habuisse ὑπὸ φιλέως γνωρίμου ἕως, in nostro MS. tamen non est vestigium duarum postremarum vocum. Certe ut notavit Valesius, vox φίλεως nihili est. Propterea videndum, an non læsus nunc sit ipse Demosthenes. Nam quum is sic constituat antithesin, de illo quidem, ὁ μὲν τοίνυν ὑπὸ γνωρίμου καὶ τούτου μεθύοντος, de se autem, ἐγὼ δ' ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος &c. sane etiam inimicus potest esse γνώριμος, ut Demosthenes Midiæ, ut plane ea disconveniant, & antithesin enervent. Harpocration igitur, quantum ex scriptura codicis Medicei patet, videtur legisse in eo quo utebatur Demosthenis exemplari ὁ μὲν τοίνυν ὑπὸ φίλου, quibus Demosthenis verbis addit suum εὐώς. Hoc certe & ad antithesin absolvendam necessarium est, & ad priscam in MSto lectionem aptissimum. Adde in v. Ἐπὶ κόρρης.

In v. Ἀνίχνευσα verba sunt, ὅτι συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμη-

μεμηνόσι, quæ interpretatur *quod deliris & insanis veratrum propinabat*: vel potius non ipse, sed furatur Dalecampii versionem ex Athenæi libro XIII, pag. 686. sane pessimam. Quæ enim in his mentio veratri? An vero meretrix est, quæ insanis restitutam bonam mentem cupiat? Utique hæc una res est, quam unaquæque amatori suo invidet, ut alii recte dixerunt. Nempe vero Anticyram dixerunt; quod cum deliris & insanis potaret, atque adeo fieret prorsus similis regioni Anticyræ; quam multi ex stultorum genere ob helleborum illic diversantes obsiderent.

In v. Ἀντιφῶν. Ἀπὸ τῆς φυλῆς Ῥαμνούσιος] Equidem noti satis isto nomine duo, uterque Ramnusius, ut id dubitari nequeat; etsi Goesiano libro, in quo exprimebatur Ἀμνούσιος, adscriptum esset ἀγνούσιος, quum & id sit notum in Attica vocabulum tum apud auctores, tum in lapidibus. Sed tamen verius est omissam videri literam priorem P. ut soliti fuere nonnulli librarii in scribendo eam differre, ut libro demum absoluto eam interponerent; quæ facile uno loco potuit negligi. Id me moratur, cur dicere maluerit ἀπὸ τῆς φυλῆς Ῥαμνούσιος. Neque enim Ῥαμνοῦς est φυλή, sed δῆμος, & sic dicere oportuerat ἀπὸ τοῦ δήμου. Itaque nescio quid lateat.

In v. Ἀξιοῖ. Ἀντιφῶν ὑπὲρ τοῦ εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα] Goesiano exemplari adscriptum erat ὕβρεως.

In v. Ἄξονες. Ὅπου ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας] *Quum in angulos inclinati oculis occurrerent.* Itane tignum quadratum & utroque capite alicui rei innitens inclinari potest? Itane in angulos inclinari potest? Itane anguli nominantur in Harpocratione? MS. Mediceus habet πλευθῶσι. Quod vel rectum est, vel

ex eo vulgatum κλιθᾶσι debet intelligi, nempe quum in acutam anguli partem axones sunt positi, versi & commoti: nam κινεῖσθαι καὶ μεταστρέφεσθαι alii de illis dixerunt, ut patet ex Valesianis. Certe enim, quum unus angulorum obversus esset conspectui adstantis, tres anguli apparebant, quartus ab postica latebat. Sed neque taceri debet, glossam ipsam in MS. non concipi Ἄξονες, sed Ἄξοσι, ut est etiam in editione Aldina, quod ego temere mutatum opinor, quum ex verbis Demosthenis, quæ citat auctor, appareat, quo respexerit in hoc dativo.

In v. Ἀπατούρια & historiâ ejus ab Polyæno relatâ nota est tabes versiculi ab oraculo editi, notus labor eruditorum in eo instaurando; & nos quoque conati sumus. Sed nec μελάγχροος, nec μελασφόρος satis omnia reconciliant, nec ad id quod in MSS. est μέλας φόνον, ex justo conveniunt. Itaque sæpe id revolventi videtur ambiguitas oraculi in eo constitisse, quod in nominibus essent habituri alter flavedinem, alter nigrum, atque ita MSStis monstrantibus tandem ad verum veni, Ξάνθον ἀπέκτεινε ὁ μέλας ὄνομ' ἔχει Μελαίνας. Etiam MS. egregie habebat τῆς Μελαινίας χώρας Μέλανθος, non τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας Μελάνθιος.

In v. Ἀπεργασάμενος. Ἀποδοὺς ἐκ τῶν ἔργων ὧν εἰργάσατο *factis alicujus fructum quem meruerunt retribuens.* Quanta inconcinnitas? Ubi enim in Græcis mentio *alicujus*? Cur quod in Græcis singulare effertur εἰργάσατο, ille reddidit *meruerunt*. Immo in Græcis de eodem dicitur εἰργάσατο, de quo ἀποδούς. Et utique verbum ἀποδοὺς plura notat quam *retribuens*, quod misero illi videtur fuisse ignotum. Certe mox in v. Ἀποδιδόμενοι ostendit etiam synonymum esse τῷ ἀπ-

πράσκειν. Unde cur non reddi poteſt *vendens ex operibus quæ fecerit.* Etiam Æſchinis oratio περὶ τῆς ἀποδόσεως celebratur in hoc ipſo ſcriptore, alia notatione. Sed raram hic ejus verbi ſignificationem tradit auctor, ut notetur rationem præbens vel reddens ex operibus quæ fecit; non ſcilicet verbis aliiſve obteſtationibus.

In v. Ἀπόλλων πατρῷος reſtitui, prout ex MSS. ediderat Aldus ac Mauſſacus, & ipſe in MS. eſſe intelligebam, non prout corrigebat Meurſius lib. 2. Athen. Attic. c. 12. cujus mutationem integram recepit Franequeranus, nempe ut omiſſa particula ὡς edatur Ἀπόλλωνα Πατρῷον αὐτοῖς πρ. quorum nihil eſt neceſſarium, nihil ab MSS. firmatur, nihil confert ad docendum. Sed inprimis peccant Mauſſacus & iſte, quum edunt τὸν δὲ Ἀπόλλω, ſine ulla juſta cauſa, quum & Aldus & MS. plene edant Ἀπόλλωνα. Etiam ut ſcias omnia, ab MS. quinque poſtremæ voces abſunt. Jam vero quod in verbis πολλῶν καὶ ἄλλων ὄσων nos docet Harpocration alia quoque multa fuiſſe Apollinis cognomina, an id ignoravit quiſquam? an id debuit docere? Ego ſane opinor potius voluiſſe ſignificare προσηγορίαν πατρῴου contigiſſe apud Athenienſes pluribus aliis Diis. Certe MS. non ὄσων exhibebat, ſed εἰδῶν. An non pro θεῶν? Habes aliud in ἔνθρυπτα, item *Parnopius* in Pauſania.

In v. Ἀπομάχλων quum Aldus edidiſſet δεινότατοι ἀπομάχλητες μεγ. id neſcio unde vel qui ſanare voluit Mauſſacus ſcribendo δεινότατος ἀπομάχλης τε. Suppoſuit ergo per copulativam iſtam hæc conjungi præcedentibus apud Sophoclem, quæ Harpocration omiſit. Sed eruditi in libro Goeſiano adnotaverant δεινό-

τινοι ἀπομάκλῆρες vel ἀπομακλόι τε. Ego in MS. copulativam non exſtare animadvertens, (undecunque Aldus arceſſivit) non dubito ſcripſiſſe Sophoclen Δεινότατον ἀπομάκλης μεγάλων συμφορῶν, ſcil. πρᾶγμα, χρῆμα, ut ſolent eleganter Græci & paſſim.

In v. Ἀπὸ μισθωμάτων egregiam operam præſtitit Mauſſacus, dum docuit τεμενικὰς προσόδους ſic appellari. Verum codex Mediceus inſerit voculam, ἀντὶ τοῦ γῆ ἐκ τῶν τεμενικῶν προσ. Quaſi Didymus egiſſet de agro ex ſacris reditibus comparato: ſcilicet templo primum poſito colligebant pias religioſorum ſtipes, ut inde emeretur talis ager, qui ſufficeret deinde ſolennibus ſacrificiis.

In v. Ἀποῤῥέξαντες notavit etiam Mauſſacus & Suidam & omnes manu exaratos codices habere poſt hoc verbum ἀπομερίσαντες. Id nobis adfirmavit etiam codex Mediceus. Id tamen noluit agnoſcere Mauſſacus. Quum ejus detrectationis cauſam non intelligam, prorſus reſtitui, & ex eodem libro edidi δόντες, non διδόντες. Quid an diſplicuit inſigni viro gemina explicatio? Atqui idem ab Harpocratione fieri videbis in v. Διήλλαξεν, Ἐξηγητής, Ὀνομάζων, Σκευοποιοῦντα, Τετύφωμαι. Itaque quum id ſic placuiſſe cernerem auctori noſtro, non dubitavi eidem MSto obſequi in v. Ὑπόλογον, ubi exhibebat οὐδεὶς ἂν ὑπόλογος βουλῇ γένοιτο, ἀντὶ τοῦ οὐδεμία συγγνώμη, οὐδεμία παραίτησις, quum vulgo ibi ignorentur iſta οὐδεμία συγγνώμη.

In v. Ἀποστασίου MS. non habebat τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ſed tantum τοῖς ἐλευθερώσασιν. Sed neque cauſam probavi editoris poſtremi contra MSſtos, contra priores editiones exhibentis ἐὰν ἀφιστῶνται ἀπ' αὐτῶν pro ἐὰν ἀφιστῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν: multo minus ut in fine adjicere-

 tur

tur τοῖς μετοίκοις, quæ in nullo habentur libro vetere, & sponte satis subintelliguntur, quum ἀποστάσιον de illis præcipuè soleret dici.

In v. Ἀπολιμπάνεται καὶ Ἀποτίμημα, καὶ Ἀπολιμπάνειν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν. Sic auxi hæc ex MS. quum quatuor postremæ voces antehac in editis non comparuissent: certe enim passivum quoque in hac periodo digessit. Et solet ab Harpocratione aut istud addi, aut formula καὶ τὰ ἑξῆς, ut patet in v. Θεωρικά, Κυρία, Περίστιον. Sed & idem MS. προῖκα ἀποδιδόειν.

In v. Ἀποψηφίζονται non videtur ferri posse abundantia loquutionis ejus καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην, quod Latinus effert *sententiam ferunt adversus eum, non esse civem*. Nam si verbum ἀποψηφίζονται fuit proprium in judicio de jure civitatis, & quidem quum id negatur alicui deberi, quum id explicatur per καταδικάζειν vel sententiam ferre adversus aliquem, palam patet, quo tendat, & nimis curiosus est qui addit αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην. Itaque perplacet mihi lectio libri Medicei non agnoscentis nisi simplex δικάζουσιν, ut ὅσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν, in ἀποθέτους. Is ipse etiam citat Dinarchum κατ' Ἀρχεστράτου.

In v. Ἀπρόστων nihil mutat MS. in illis ὥσπερ Ἀλησιόπων: & viri docti in Goesiano exemplari apposuerant modo asteriscum. Sed quum ea vox plane nihil boni contineat, quod hodie in Græcis notum est, vide an non ea corruptam tradat conjecturam Harpocrationis, qui scripserit ὥσπερ Ἀπεσλάβων. Hi enim ut γένος ἀκρίδων noti sunt Eustathio ad Dionysium.

In v. Ἀργᾶν post finem adjecta habebat MS. codex ista: Ἀργᾶς, ὁ δεινότατος παρ' ἡλικίαν δεινὰς καλεῖται. ἄλλοι δὲ τὸν δεινότατον καὶ θηριώδη τὸν τρόπον. καὶ μάλιστα Ἀρ-

γεῖοι

γεῖοι τὴν ὄφιν ἀργυρᾶν ἐκάλυν, quum in ipſo Harpocratione habeatur ἀργυρᾶν καλῦσιν, ὡς &c.

In v. Αργαῖος citantur Theopompi verba τὸν Αγγέλαον καλῦσι ut edidit Mauſſacus, quum Aldus dediſſet ἀγγέλεων, & noſter quoque facit Latinum quendam *Angelaum*. Sed quis ignorat inter Philippi fratres fuiſſe Αρχέλαον? qui reſtitui debet.

In v. Αργυρὶς Θήκη quum ſic viderem editum ab Aldo, & probatum quoque ab Mauſſaco, etſi hic teſtetur etiam de quibuſdam membranis habentibus ἀργυροθήκη, quod ab Franequerano ut aliquod emendationis ἕρμαιον ſtatim adſcitum fuit; ſed mox etiam diſcerem in Mediceo MS. eſſe ἀργυρελοθήκη, quod vocabulum vulgatæ ſcripturæ literas adæquabat, putavi eam veram & priſtinam Harpocrationis manum fuiſſe, conſentientibus ita MStis, & re ipſa exigente, quum non quodlibet ἄργυρον in eis abſconderent, ſed ἀργύριον, nummulos nempe aliquos. Αργύριον enim erat quoque in MSto, non ἀργυρίδιον, ut cum Aldo Mauſſacus ediderunt, nec ſcio qua auctoritate nuper mutatum fuerit, præſertim quum & in v. Αυτολήκυθοι noſter ſcribat εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον, & in v. Αφορμὴ, imo paſſim. Unde autem inducti fuerunt, ut exhiberent ἅπερ καὶ Βοιώτια γραμματεῖα ἐκάλυν, idque adjectis aliunde vocibus καὶ ἀργυροθήκας? quum omnes & MSti & editi antea tantum habeant ἅπερ καὶ κιβώτια ἐκάλυν. Pollux non eſt Harpocration.

In v. Αργυροκοπεῖον non legitur in MS. σημαντήριον, ſed σημάντρειον.

In v. Αργυρόπυς δίφρος, codex antiquus non habebat ἐφ' ὃ; ſed ἐξ ὃ, ut non cum participio καθεζόμενος jungatur, ut in v. Αρπέδη, ἐφ' ὃ ὀχῦνται, ſed cum verbo

verbo ἰθυώρῳ. Sed etiam Th. Stanlejus ad Æſchyli Perſas, monet non puncto hæc ſecanda ab præcedentibus, ſed ſola lineola, quod neſcio an monitu dignum.

In v. Ἀρλοβαρζάνης viri docti in libro Goeſiano emendabant πολεμήσοντας; & ſane MS. habebat πολεμήσοντες.

In v. Ἀρκτεῦσαι mirabar dici πρὸ γάμων τὰς παρθένους, quaſi & alteræ eſſent μετὰ γάμους, aut ſi intelligat καθιερωθῆναι πρὸ γάμων, imperfectum valde tempus deſcribi: immo id incommode addi, quia in v. Δεκατεύειν ex Mauſſaci nota docemur circa decimum ætatis annum id fieri, quod certe erat tempus ante nuptias, & quiſque noverat. Quum in MS. vidi exſtare πρὸς γάμον, ut intellexerit tempeſtivas & nubiles vel nupturas.

In v. Ἀρκυωρὸς occurrunt vocabula ἄρκυς λέγονται, quæ in editione Aldi abciduntur ab præcedentibus, ab Mauſſaco ita connectuntur, ut ſolum comma præcedat. Sed in MS. habetur ἄρκυς δὲ πάντα, qui etiam legit Κρατῖνος Θρέτταις, non Θράτταις.

In v. Ἀρρηφορεῖν non aliter habet MS. Mediceus, quum eſt editum ab Aldο αἳ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἦρχον.

In v. Ἀρτεμισία edidi ex veriſſima Valeſii reſtitutione θυγάτηρ δὲ ἦν Λυγδάμιδος, niſi quod mollius hæc componi poterant: nam illud Δ; unde finxerunt adverſativam, majuſcula forma conceptum ut in nomine proprio convenit cum litera Λ, & ſequentes literæ ην non ſunt longinquæ ab υγ, ut videatur auctor ſcripſiſſe θυγάτηρ Λυγδάμιδος.

In v. Ἀρύμβας. Ita ſane venditat ſe ut melius ſcripſiſſe Mauſſacus, tantum ex Demoſthene, ſequiturque

Fri-

Frisius; etiam senserunt ita viri docti in libro Goesiano, cui adscripserant β vel μ. quum Aldus dederit Αρύβας. Sane MS. Mediceus non aliter legit. Et Αρύμβας vel Αρύμμας est Macedonicum nomen, Epiroticum etiam in aliis scriptoribus sine litera μ profertur. Itaque hactenus illis parui.

In v. Αρχαίως mutare sustinui voces illas τοσούτῳ διεξιόντας in τοὺς οὕτω, ut admodum concinne suspicabantur viri docti in codice Goesiano.

In v. Αστυνόμος edidit Maussacus πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, ut etiam est in nupero ex Frisia proventu. Sed Aldus extulerat πέντε μὲν Πειραιεῖ, & sic quoque MS. Mediceus. Sane etsi in v. Σιτοφύλακες quoque sic scribat, ad cujus forsan exemplum hæc ita formavit Maussacus, fuit tamen veteris elegantiæ ibi omittere præpositionem. Videbis simile in v. Σκιράφια.

In v. Ασωθετώπεπν in citatione Homerica non habebat MStus, καὶ μοῦ ἄκουον, ut scio exstare in Odyssea π, sed καί μοι ὄμοσον.

In v. Ατίμητος legitur ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι, ubi MS. habet ὡς οὐδὲν δ. τ. δικαστὰς τιμῆσαι. Quod opinor verius. Neque enim compositum διατιμᾶν in hac parte usurparunt. Sic quoque Demosthenes contra Calliclem: Αυτοὶ τὴν αἱμασιὰν περιαγαγόντες καὶ τὴν ὁδὸν ἀνακεχωκότες, ἑτέροις βλάβης δικάζονται καὶ ταύτην χιλίων δραχμῶν ἀτίμητον. Ut videatur modo fuisse temeraria repetitio literarum δι in principio duarum vocum.

In v. Άτιμος non edidi καὶ ἀτίμους εἶναι, ut nuper è Frisia contigit, sed prout Aldus & Maussacus retinuerunt ἄτιμον, sine dubio ex fide MStorum codicum, quum & Mediceus habeat ἄτιμοι parvo discri-

mine: utique iste singularis eo usque extendi potest, quo numerus alter. Sed neque retinui mox ἣν ἂν οὐτωσί τις φήσειεν, ut delicatus noster ex indicio Valesii; sed prout MSti dictant Harpocrationem dedisse, qui potuit memoriter hæc citavisse non inspiciens Demosthenem. Unde & in sequentibus ut lector dignosceret calamum Auctoris & aliena supplementa, quæ facile erat recuperare, virgulas adhibui, præsertim ejiciens post verbum διαλέξομαι insiticia ista ἀλλ' ὅπως ἣν τὸ ἀποκλείειν, quum plene in sequentibus existant. Sed etiam MS. non habebat τὸν τούτων τινὰ, ut est in editis, sed τούτου, ut videatur innuere τοῦτον *talem aliquem.*

In v. Αὐθέντης ait Harpocration, ὁ γὰρ αὐθέντης αἰεὶ τὸν αὐτόχειρα δηλοῖ. Quæ sane mirari lector debet. Si enim semper id denotat, cur contrarium & peculiare nos docet de Lysia? Quum enim Lysias aliter sumpserit, apparet non semper isto uno sensu occurrere. Certe vocula αἰεὶ non est in MSto, quam deleas licet.

In v. Αὐτοκλείδης codex MS. habet Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου Κηδωνίδην καὶ Αὐτοκλείδην καὶ Θέρσανδρον. οὗτοι παιδεραστὰς &c. Quod certe videtur ab ipso Harpocratione venisse, quum citet ipsa Æschinis verba, quæ exstant pag. 178., quæ in quarto casu protulerunt istos tres; præsertim quum ea ipsa rursus citet in v. Κηδωνίδης, unde patet eum locum Æschinis inhæsisse memoriæ Harpocrationis.

In v. Αὐτόχθονες, quum & Aldus & Maussacus edant μόνοι γὰρ τῶν πάντων, & in MS. Mediceo non aliter legatur, ut adeo hinc quoque fides fiat eos sic invenisse in scriptis, non intelligo, cur nuperus ediderit μόνοι γὰρ ἁπάντων. Solummodo MS. idem sic auget

get αὐτόχθονες ὑμᾶς ἐστ, quod addi oportuerat. Paulo post amavi indicium Meursii in lib. VI Attic. lect. c. 16. in erronea lectione sequentium Εριχθόνιον καὶ Ηφαιστον ἐκ Γῆς γεγονέναι. Transpositionem ac medicinam ejus, etsi lenem vocet, ac placuerit editori Frisio, deserui, quum lenius hæc sedari possunt, ut ex ipso contextu videbis.

In v. Αφ' Εστίας verba sunt Isæi καὶ ὁρῶ δὲ Λάκων ἐμυεῖτο, in quibus nullus est sapor, nisi quem Frisia dedit *& tamen intelligo quod Lacon sacris imbuebatur*. An potest aliquid acidius temperari? Ergo bene est, quod Is. Vossius Catullianas notas in juventute pangens merum sal infuderit corrigendo σκαιῷ ῥῶ δὲ λάκων, cui inveniendo impar erat ejus senecta.

In v. Αφύας (nec enim est, cur Maussacus ediderit Αφύαι, nedum ut Meursius id tantopere laudet lib. 3. Attic. Lect. c. 21. quum Hyperides eo casu illas posuerit) MS. Mediceus non habet ἐστι δὲ καὶ ὀνομαζ, sed ὄνομα.

In v. Βάσκανος nomen proprium quod sequitur Αντιφῶν non agnoscit MS.

In v. Βασιλικὴ διαδρομὴ, quæ tantorum laborum, ut patet ex una Maussaci notâ, & quidem ab sæculo, viris doctissimis causa fuit, præclare omnia videor restituisse ope & interventu codicis Medicei, qui sic habebat ἔοικεν ἡ γνωμένη διαδρομὴ τοῦ βασιλέως παρόντος οὗπερ εἷς ἐστὶ τῶν Αθήνησιν ἐννέα ἀρχόντων βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖσθαι. Hinc egregie intelligebam, quantopere hîc se fatigassent infaustæ manus interponendo vel ἀφ' οὗ quod potuit etiam venditare Maussacus adscita nescio quî adsensione Petavii; vel ὅθεν, ut volebant viri docti in codice Goesiano, quum male editum ὃς ab Aldo putarent: item mutando καλεῖται in omnibus omnino editis, quod nuspiam opinor esse in scriptis: tum transponendis vocibus, quum nihil

 aliud

aliud agi oportuerit, nisi ut ἧπερ mutaretur in ὥσπερ. Quid enim certius, quam βασιλικὴν διαδρομὴν dictam Athenis, perinde ut ludos honorarios Romæ?

In v. Βεβαιώσεως putavi commodissime & molliter omnia restitui in verbis illis defectis & mirifice vexatis, ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ, τοῦ πραθέντος δὲ μὴ βεβαιοῖ, ut ediderunt distinxeruntque Aldus & Maussacus; ubi quum Meursius & Valesius consensissent in πραθέντος, Valesius ut porro succurrerit nescio, Meursius in Atticis Lectionibs VI, 20, quum mutilum quoque locum esse animadvertisset, ita conatur sanare ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος, ὁ πωλήσας δὲ μὴ βεβ. Viri docti in Goesiano libro inscripserant ὁ δὲ πωλήσας. Id non placuit nupero editori, unde supposuit [ἕτερος] δὲ μὴ βεβ. non alia in parte laudandus æque, ac in eo, quod virgulis incluserit suppositit iam vocem. Nec enim est ea magis Harpocrationis, quam aliorum πωλήσας. Nec ab Harpocratione duplicatur ἕτερος, ut patet in v. βουλεύσεως, τὸ μὲν γὰρ . . . τὸ δ' ἕτερον. Itaque mitius, quum posset, agi oportuit, quod opinor feci legendo ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος, ὁ δὲ μὴ βεβ. Nam una ista litera tantum intercidit quocunque fato equidem ignoto. Is autem est communis Græcismus, ut voci ἕτερος in uno respondeat in altero ὁ, ubi de duobus agitur. In v. Ἐπώνυμοι, οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἕτεροι δὲ δύο καὶ τεσσαρ. &c. Item in Κεραμεικός.

In v. Βουλαία MS. Mediceus non referebat Μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν, sed Μαρτύρομαι γὰρ Ἑστίαν.

In v. Βουλεύσεως ex illis verbis τοῦ μὲν ἂν προτέρου deleri vult MStus liber tertiam vocem; nec sine specie. Non enim est collectio, sed sermo ejus qui progreditur ulterius in illustrando, & qui huc usque egit de ipsa re, nunc inspicere vult de loco.

In

In v. Βούτης singularis videtur locus, quum scribitur *qui à Bute descendebant*, (quas voces vides sublectas ex nota Maussaci ad sequens βοώνης) *Βουτάδαι dicti sunt; & Ἐτεοβουτάδαι veri Butæ posteri.* Quid igitur? an qui ab Bute descendebant, non erant veri Butæ posteri, aut alii ac diversi ab illis? Sane ea varietas quidem perridicula est. Et tamen negari nequit, eadem dici in Græcis. Sed vide, quam facili ratione ea labem contraxerint. Nam MS. Mediceus non habet καὶ οἱ ἀπὸ τούτου, Βουτάδαι, sed καὶ ἀπὸ τούτου Βουτ. unde maxima sententiæ differentia. Nempe dicit Harpocration ab isto Bute appellatos esse Butadas, sacerdotes scilicet sequentis ætatis, in honorem ejus & memoriam sic dictos, qui utique non erant ex posteritate ejus, licet appellatio ista id videretur eis tribuere: sed qui vere originem ab illo ducebant, illi se appellabant ideo ad distinguendum Ἐτεοβουτάδας, ut de illis etiam suo loco iterat auctor. Omnes qui successerunt in istud sacerdotium, Butadæ dicti; sed qui vere ex sanguine hujus erant, solebant dici Eteobutadæ. Quin etiam idem MS. οἱ ἀπόγονοι τούτου, non τοῦ Βούτου. Sed præterea quoque is ipse liber habet εἰ ἐτεὸν σός εἰμι, non εἰ ἐτεὸν ἔτι σός εἰμι. Nec mala admonitio. Quem enim locum in carmine Homerico habiturus esset iste verborum ordo? Novimus in Odyss. π, 300. εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι. & ejusdem operis ι, 529. supplicans Neptuno Cyclops εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι. Sane hunc locum innuerit Harpocration: & hinc utique foret reparandus.

In v. Βωμολοχεύεσθαι quum Maussacus ex Aldo edidisset καὶ ἐπειτα, ἵνα μὴ πρὸς τοῖς βωμοῖς πανταχοῦ &c. idem postea in Appendice monuit versus Pherecratis

 ita

ita distinguendos; κ' ἔπειτα, ἵνα μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς πάντοτε χρῆ. Id probe adscivit nuperus è Frisia editor. Nec culpo, siquidem hæc vera scriptura sit, in qua nimis plane βωμολόχου origo & officium ostendi videtur. Certe MS. Mediceus legit πρὸς τοῖς ναοῖς, unde constaret optime & versus & sensus κ' ἔπειτα, ἵνα μὴ πρὸς τοῖς ναοῖσι πάντοτε χρῆ.

In v. Γάνος non sustinui discedere ab scriptura Aldini codicis Γάνος θηλυκῶς καὶ Γανίδα, quum Meursius reponeret Γανίδα, quomodo in Æschinis oratione offendebat. Nam & Γάνις dici potuit quoque Γανιάς, & Harpocration potuit in tale exemplar incidisse. Modo non & sic scripserit. Certe aut Harpocration nobis abutitur, aut editores, dum persuadere volunt in oratione Æschinis Γάνος occurrere θηλυκῶς, *fœmineo genere*, quum in accusativo ponatur Μοργίσκην καὶ Γάνον, ut citavit Meursius. Non taceo sane, MStum Mediceum habere Γάνος καὶ Γανίδους, sine voce θηλυκῶς.

In v. Γεννῆται verba sunt τὰ μὲν πρῶτα καὶ μάλιστα μέρη, in quibus nequivi ulterius cernere illud μάλιστα sic splendens in omnibus editionibus, præsertim quum veniam caret codex MStus, in quo legebatur μέγιστα. Etiam viri docti correxerant μέγιστα in Goesiano exemplari, ut & Valesius ex Suida confirmabat. Mox non intelligo, quo patrocinio postrema editio legat τριττὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία, quum illæ voces καὶ ἔθνος non exstent in editione Aldi, non agnoscat MS. idem codex, sed neque etymologus in loco, quem citat Valesius. Tantum quia Maussacus in nota scribit debuisse addi ἔθνος, ut infra in voce τριττὺς, id scilicet satis est ad voces alienas sic inferendas auctori nostro?

At-

Atqui etiam quum illic dicit Τεντλὺν, non addit ἔθνος, sed ἔθνη. Ego quidem contempsi. Etiam MS. αἱ ἱερωσύναι αἱ ἑκάστοις.

In v. Γέῤῥα nescio quî maluerit exhibere ἤτοι οὖν πωτὸν τὸ τοῦ ὑπὲρ Κτησιφ. & id sequi novissimus editor, quam ex Aldo repetere ἤτοι οὖν πωτόν ἐστι τῷ ὑπὲρ. quod est etiam in MS. & sine mora restitui debet Harpocrationi suum etiam in hac editione, ubi omissum verbum substantivum.

In v. Γεωφάνιον fere ad lectionem MSstorum Maussaci servat Mediceus Εὐφορος δεδήλωκεν ἐν τῇ θ', ita ut voces περὶ χωρίων omittat, quas omnino non credibile est ab Harpocratione venisse, quum Ephorus non publicarit tale scriptum, cujus index erat περὶ χωρίων, sed in historia sua id memoravit, perinde nunc citatus, ut in v. Δάτος. unde patet in libro quarto historiæ eum egisse de Thraciis oppidis, quomodo intelligi etiam debent verba auctoris nostri in v. Αἶνος, quæ Vossius de Historicis Græcis pag. 36. scribit se legere, sed non quo modo & sensu. Hæc igitur mea est sententia, licet reliquerim vulgatam. Sed ut pateat quam sint luxata hæc verba, operæ est audire sequentes hæc verba voces in MSto, quæ sic habent Γηπέδων. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Γηπέδων ἔφορος καὶ χωρίων. Πλάτων γοῦν &c. An voluit Γήπεδον ἐστι τόπος καὶ χωρίον?

In v. Γναφεὺς quam prave intelligi debeant hæc Græca, patet ex Latinis illis: *Veteres Attici id nomen per κ efferebant κναφεὺς: commune autem per γ.* Habebant ergo veteres Attici aliud quod sic efferebant, aliud commune inter ipsos & Græcos alios, quod per γ. Longe melius à MSto abigitur vocula δὲ post vocem κοινόν. Sic sensus est: id veteres Attici per lite-

literam κ dicebant, quod commune inter omnes reliquos Græcos dicebatur per γ.

In v. Γραφεὺς non legitur in MSto καὶ γράφειν τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγον, ſed καὶ γράφειν ἢ τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγε, nempe is ipſe Demoſthenes, etſi quidem & omnes fere alii ſic locuti ſint.

In v. Γρυπάνιον pro his verbis σεισμὸς γέγονε legitur in MS. Mediceo σεισμὸν γεγονέναι φησιν. In quo vix colligo quid ſtatui debeat, quum & in Etymologico hæc verba ſic legantur σεισμός φησι γέγονε. Equidem quod hic occurrit εἰπὼν φησὶ, non eſt pleonaſmus, à quo Harpocration abhorret, quin ſæpe illi exciderit περί τινος λέγων φησί. Quin immo derelictis his ſtatui debet rectiſſime legi in MSto, & explicanda ea priora tanquam verba Harpocrationis, quum poſtrema tantum ſint Melanthii verba, hoc modo: *Melanthius* (ſed MS. habet Μελάνθιος) *libro ſecundo Atthidos narrans terræ motum contigiſſe dicit*; καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ. Ita vides nihil ab prioribus intellectum. Notavimus ſimilem confuſionem ſupra in v. Ἄμιπποι.

Sequitur in ejuſdem vocabuli expoſitione, Μή ποτε δὲ ἐμφαίνουσιν οἱ συγγραφεῖς ὡς γινομένης &c. quæ ſic vides intelligi ab Latine loquentibus. *Sed vide num ſcriptores illi indicare velint, in terræ quaſſationibus fieri aliquam circa ſolum incurvitatem.* Profecto id non opus fuit moneri ab Harpocratione; id clare illi dicunt, tam in remotis γρυπάνιον ποιεῖ quam proximis ἔγρυπεν ἡ γῆ: etiam in propinquioribus, quum ut tenerius lignum incurvatum remittitur, ſic terra quaſi tumorem intus concipiens incurvat ſuperficiem, quæ mox aperitur & diffringitur. Hoc omnia igitur manifeſte dicuntur in prioribus. MS. habebat μή ποτ' ἐμ-

φαι-

φαίνουσιν οἱ συγγραφεῖς γινομένης, quæ parum juvant. Sed vult innuere Harpocration, an non utique de iſta terræ curvitate intelligi debeant eorum auctorum verba, prout intellexit tantum interpres Latinus; verum de tali, quæ manet, ubi terra poſt motum finitum non iterum complanatur, ſed verrucæ aliquid aut colliculi relinquit, qui deinde ſemper exiſtat.

In v. Γωνιασμὸς verba ſunt Lyſiæ, ἐπὶ δὲ κάμψαντι τοῦ τείχους γωνιασμός. Ea Latinus interpres ut intellexerit, aperiunt verba ejus *Iter flectenti ad ſiniſtram angulus eſt parietum concurrentium.* An poteſt alius angulus, maxime acutus, ſupponi, niſi ubi parietes vel lineæ concurrunt? ut lepida ſtultitia ſit in hoc ſupplemento. Et cur non *muri* ſuffecit, ut in Διὰ μέσου τείχους? Sed hos parietes concurrentes adſcivit ex H. Stephano & Æmilii Porti Suidam vertentis imitatione. Præterea ubi ſupponuntur in Græco parietes? Ne dicam, qualem locum concipiat privatæne domus, an plateæ aut alterius? Certe *iter* concipit, ut ne cogitet Latinus lector exigua, quod iter nuſpiam quoque in Græcis exſtat: cur non currum aut navem? ſed & *iter* iſtud accepit ab Porto. Ita eſt tale hominum genus, qui omnes nugas concoquere, intelligere & commentari & interpretari ſciunt. Itaque ut adjuvemus magnos horum hominum conatus, tu ſcias, bone lector, in MS. Mediceo eſſe τοὺς τοίχους, ut agatur de eo, qui flectit parietes & eos circumit. Γωνιασμὸς non magis eſt angulus, qui γωνιὰ dicitur, quam γυναικειασμὸς eſt mulier. An infra ἡμιολιασμὸς erit ſeſquialter & ipſe ἡμιόλιος? Curvaturam fere melius interpreteris, & flexuræ quoddam inſtar.

In v. Δάοχος, præclaro augmento exhibetur in MS.

Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος, quum de isto agatur in oratione pro corona p. 354; & ita soleat sæpe illam orationem citare Harpocration. In qua parte tamen ridiculus lusus est Latini interpretis; qui in v. Ἐκμαρτυρία postquam interpretatus est *Demosthenes oratione contra Stephanum*, tamen in elencho scriptorum orationem ὑπὲρ Κτησιφῶντος vulgo inscriptam περὶ τοῦ στεφάνου innui in v. ἐκμαρτυρία confitetur. Quæ stupida varietas non aliunde existit, nisi quod in Harpocratione illic legitur κατὰ Στεφάνου, quum in MSto Mediceo manifeste pateat περὶ στεφάνου.

In v. Δαρεικὸς non legit MStus liber ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου βασιλέως; sed notabili etiam accessione ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως; quam restituere Harpocrationi non dubitavi.

In v. Δατὸς satis commode editum fuit à viris doctis Μετωνομάσθη μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν, Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασ. sed dubito an ex fide antiquorum codicum. Nam certe MS. Mediceus habet Μετωνομάσθησαν: quam numeri mutationem forsan non intelligentes ita correxerunt, quum ea clare nos deducat ad veram & integram scripturam, quam fuisse hanc opinor, Μετωνομάσθησαν μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν Φίλιπποι, Φιλίππου τῶν (nam & sic MS.) Μακεδόνων βασ. Quid enim magis inconcinnum, quam indicare appellationem urbis mutatam fuisse; & quomodo ea mutata fuerit, subticere. Videndus autem de hac re Appianus.

In v. Δειπνοφόρος voces αἱ τῶν κατακεκλειμένων παίδων μητέρες reddit interpres *filiorum accumbentium matres.* Quomodo igitur is excepit Græca? certe non ut vulgo legitur, sed vel κατακεκειμένων vel κατακεκλημένων. Sed

est aliud non minus propinquum verbum καθειργμένων, ut in v. Κατωκοδόμησεν, ἀντὶ τοῦ κατέκλεισεν εἰς οἴκημα. Ita hic dicuntur matres inclusorum liberorum, Valesio docente puellas vel filias fuisse ex Pausania in κανηφόρους, non filios.

In v. Δέκα καὶ Δεκαδοῦχος sunt verba inepta κατὰ τὴν κατάλυσιν, quæ noster interpretatur *quum abrogatum esset imperium.* At Græca illa notant *dum abrogatur illis imperium*, in abrogatione imperii, ut καθ' ἡμᾶς, in v. Δίοπος. quod præterquam nugatorium, etiam est falsum, nec valde remotum ab loquutione ἐπὶ τῶν τριάκοντα, in v. Θηραμένης. Sed egregie MS. legit μετὰ τὴν κατάλυσιν, ut loquuntur & Isocrates & Lysias apud Maussacum, & omnino universi, & noster in v. Θίμβρων, unde sic edere non dubitavi.

In v. Δεκαδαρχία pro verbo καταστάθείσας MS. habet καταστάθείσας: tum idem ἐν ἕκτῳ Φιλιππικῶν, non Φιλιππικῶν.

In v. Δεκατεύειν MS. non habet ἐδεκάτευον sed ἐδεκατεύοντο. Mox etiam τὰς δεκάτας τῶν περιγινομένων τοῖς ἱεροῖς καθιεροῦν, non τοῖς θεοῖς: an intelligit decimas proventuum ex sacris agris omnino adolendas esse diis, non in templa, non in sacerdotes impendendas?

In v. Δεκατευτὰς, non ausus fui sequi postremum editorem & interpretem, qui exhibuit ὅτι ἦν τέλος ἡ δεκάτη, quum & Aldus & Maussacus & MS. Mediceus legant τελώνιον, quo notatur non modo vectigal fuisse decimam, sed tale, quod soleret conductoribus & mancipibus vendi & elocari, ut illi simul integrum solverent reipublicæ, & rursus inde per partes colligendo lucrarentur, ut in Μετοίκιον infra agnoscit τελώνην.

In v. Δερμηστὴς (nuperrimus sine causa edidit δερμηστὴς)

στὶς) non intelligo, cur ediderit imperfecte μή ποτι ἢ μᾶλλον ἂν ἔς τις, quum & Aldus & Maussacus habeant μᾶλλον εἴη ἄν ὅς τις. MStus autem μᾶλλον ἂν εἴη, ut sæpe solet scribere.

In v. Δολοποιὸς legitur ex mutatione, ut opinor, Maussaci ἔμμονοι καὶ ἀνέκπλυτον, quale & H. Stephanus ex Polluce notavit, quum Aldus dedisset ἀνέκλυτον, quod etiam retinet MS. Mediceus. Unde dubito magisne probari mereatur sententia Maussaci, an retinenda potius vulgata, quum non utique de eluendo agatur, & vere δυσέκνιπτος intelligatur, sed de quocunque modo obsolescendi & evanescendi; an denique scribendum ἀνέκλειπτον, quod certe idem est, & nulla mutatio. Etiam MS. habebat Πλάτων διαφορεῖ ἐν δεκάτῳ πολιτείας, non πέμπτῳ.

In v. Διαγορεύων legitur in MS. ἰδίως κέχρηται διαγορεύειν ἀντὶ τοῦ διαφόρως καὶ ἐν τῷ α. λέγειν: & deinde τὸ διαγορεύειν τῷ συναγορεύειν, ὥσπερ καὶ τὸ inversa vice verborum. Sed ut notam bonitatis, qua censeri exemplar istud MStum debet, habeas certissimam, in eo mox legebatur plene τὸ συμπολιτεύεσθαι τῷ διαπολιτεύεσθαι, quas postremas voces quum omisisset Aldus, Viri docti in Goesiano codice adscripsissent ἀντιπολιτεύεσθαι, Maussacus in suis MStis etiam non advertisset, Valesius ex ingenio apposuit, postremus editor uncis inclusa inseruit contextui, nunc plane vindicata demum sunt auctori suo.

Vocem Διάθεσις quum sic egregie manifesteque ex Isocrate doceat Harpocration ἀντὶ τοῦ πράσεως usurpatam fuisse Græcis, nequeo me continere ab nobili alio exemplo pessime huc usque intellecto producendo, quo certissima hæc significatio demonstratur. Is

locus est in fragmentis Scymni Chii ab Cl. Theod. Rycquio nuper editis pag. 376, ubi versiculi leguntur ὁ Τύρας ποταμὸς βαθύς τε ὢν εὐβότανος ἐστι ταῖς νομαῖς τῶν ἰχθύων διαθέσιν ἐμπόροις ἔχων. Hos interpretatur L. Holstenius: *amnis Tyras Profundus herbidusque alendis piscibus Situque mercatoribus percommodo.* Quod cum legerem, hærebam in illo herbido fluvio & quidem alendis piscibus, quum nescirem herbas etiam fluviorum ad hanc rem requiri: hærebam in situ illo Tyræ, qui describi deberet ab situ mercatoribus percommodo, magis scilicet, quam reliqui fluvii in eodem tractu & litore. Sic prave διάθεσιν spectabat Holstenius & νομὰς, quum Scymnus intellexerit *amnis Tyras Profundus herbidusque pecudum pascuis Et piscium mercatui dans copiam.* Nam & videtur scripsisse τῶν τ' ἰχθύων. An vero Phrynichus in Tragœdis (nam perperam vertunt *Tragœdiis*) dixerit τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν, ut ibi notaverit διοίκησιν, & ut nuper verterunt *ipsa carminum dispositione*, licet dubitare, quum longe alio sensu usurpet Diodorus Siculus lib. xv. cap. 7. Διονύσιος εἰς τὴν Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν ἐξαπέστειλε τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν, διαθησομένους ἐν τοῖς ὄχλοις μετ' ᾠδῆς τὰ ποιήματα; ubi certe ipsam exhibendi & modulandi rationem notat.

In v. Διαιτηταὶ quæ dicuntur, concludit auctor λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης, Ἀθηναίων πολιτείᾳ, ut quidem edidit Maussacus post Aldum, & sic quoque hæc editio: sed quæ posterior antecessit, delevit distinctionem. Male dicam an bene? Certe edi oportuit Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολ. ut est clare in MS. quum semper fere addat præpositionem, ut mox in Διαμεμε-

 πτη-

τρημένη, ubi addunt pronomen τῇ, quod non est in MS.

In v. Διαμαρτυρία, quum Aldus manca & truncata edidisset verba εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος, fere eodem tempore & Maussacus edidit & Andr. Schottus in Observationibus I, XIV. supplevit ex Suida εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ διαμαρτυρῆσαι, ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη ἢ οὐκ εἰσαγ. Nescio an sufficiat. Sufficit equidem ad sensum; de manu Harpocrationis aliter testatur MS. Mediceus, qui & illa integre exhibens, præterea scribebat ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη εἰς τὸ δικαστήριον ἢ οὐκ &c. quod ego certe verum opinor.

In v. Διαμεμετρημένη ἡμέρα habet MS. Σκεπτέον δὲ ἐν τῷ παρ' Ἰσαίῳ, non σκεπτέον τὸ παρ' Ἰσ.

In v. Διεκωδώνισε non legitur in MS. ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας, sed διωκόντων τοὺς μαχ.

In v. Διίπολια leguntur hæc verba ἑορτή τις ἦν Ἀθήνησι, tanquam tempore Harpocrationis fuissent resecrata & abolita, ut nonnullæ dignitates, sic & sacra vetusta; quod non solet ostendere in aliis festis. Sed ab MS. Mediceo aberat verbum ἦν, ut videtur, summo jure.

In v. Διοικεῖν fit citatio Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, quum MStus habeat ἐν ε^ω Φιλιππικῶν, hoc est, πέμπτῳ: ut mox in voce Διοπείθων non habet MS. Δημοσθένης ἐν τῷ εἰς τὴν Λακρίτου, ubi viri docti in libro Goesiano notaverant πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν, (& istud πρὸς venerat quoque sub calamum Valesio) sed Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Λακρίτου, quæ procul dubio sunt ipsa Harpocrationis, ut patet ex v. Μένδη. Tum etiam MS. idem non habebat Δίοπος, sed Διόπειθος, ut

sane

sane ex Galeni Glossis Hippocrateis notavit Valesius.

In v. Δοκιμασθεὶς MS. liber habebat μηδ᾽ ἡντιναοῦν ἀρχὴν ἦρχον, non ἦρχον.

In v. Δόσις scribitur ἰδίως μὲν λέγεται, ubi media vocula nullam affert causam cur illic ponatur, & recte eam MStus liber hinc expellit.

In v. Δρυμὸς hæc habentur ut Aristotelis verba ἔπειτα Δρυμὸν ἂν Ἀττικὸν, καὶ ἕτερον Βοιώτιον, in quibus nihil video, quid operetur vocula ἂν, & certe omittitur penitus in Latinis. Imo & tantundem patet, cur Harpocration hanc citationem addiderit. Sed præclare MS. ἕν, quod ideo non fui cunctatus in contextum recipere, non tantum ex perpetua Græcorum ista copulatione τοῦ ἑνὸς καὶ ἑτέρου, qua utitur etiam Harpocration in v. παράστασις, sed vel maxime, quia Harpocration ideo post Demosthenem citat quoque Aristotelis hæc verba, ut inde doceat genus quoque in ista appellatione mutatum: quæ quum sit sententia Harpocrationis, in vulgata depravatione prorsus exstinguitur hæc ejus significatio.

In v. Δυσαύλης, quod vidit & notavit Meursius v. 1 Attic. lect. cap. 19. non βάβοι legendum, sed βαυβοῖ, id probe confirmat MS. Mediceus; qui etiam Δήμητρα recte habet, non Δήμητραν. Quin etiam in eo legebatur Παλαίφατος δὲ ἐν ἐνάτῃ Τρωικῶν.

In v. Δωροξενία cur proferunt amantque omnes editiones ἀποφεύγειν? Sic Aldus, Maussacus, sic Frisius: quum MS. etiam manifeste habeat verum ἀποπεφευγέναι, prout jam correxerant viri docti in codice Goesiano.

In v. Δώρων γραφὴ concinnius videtur legi in MS. Δείναρχος μὲν καὶ λόγον τινα, ubi vulgo Δείναρχος οὖν λόγον μέν τινα.

In v. Ἑβδομευομένου scribit Harpocration τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας, & has postremas aliquot locis confirmat, imo etiam ipse auctor rursus infra in v. Ἐνδεκάζοντας, ut dubium non sit eos ita vocavisse: sed tamen MS. Mediceus legit τὰς δεκάδας, quas certe potuit auctor hîc adhibere maluisse æque ut ἑβδομάδας. Est autem operæ pretium conferre notam Maussaci, prout in ipsius editione concipitur, cum ea prout in Frisici interpretis editione consuitur inscite & violente; & ne quid nugarum & stultitiæ & audaciæ requiri queat, sustinuit iste homo edere πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ, quum non in MStis, non in prioribus editis appareat istud insitivum μᾶλλον, tanto absurdius, quum ne ipse quidem Maussacus in verbis Aristotelis, quæ ab eo citantur, agnoscat.

In v. Ἐγγυθήκη exhibetur & in exemplaria admittitur conjectura Maussaci ἤτι πιστῶν οὐκ ἀλλότριον; quum Aldus corrupte edidisset ἤτοι τούτων. Sed sciri oportet in MS. Mediceo plane legi ἤτι τούτων. Præterea quum & Aldus & Maussacus ediderint ἐπιτήδειον εἶναι, postremum hoc verbum rejecta omnium auctoritate postremus è Frisia editor expulit non sane probabili causa, nisi quod ejus versio satis indicet eum nescisse quo referri deberet id ipsum: sed constructio est εἴη δ' ἂν σκεῦός τι πρὸς τὸ ἐπιτήδειον εἶναι ἐπικεῖσθαι κρατῆρας ἢ λέβητας ἤ τι τούτων οὐκ ἀλλότριον.

In v. Ἑδωλιάσαι quum edidisset Aldus (ut habet quoque Maussacus) ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι, viri docti in codice Goesiano annotaverant ἀντὶ, ut & fecit Valesius ex Etymologico.

In v. Ἔθνος solet ad explicationem ejus edi μέγα

καὶ πολυάνθρωπον γένος: nec male, quum ἔθνος etiam de aliis dicatur, quam hominibus, perinde ut sæpe *populus* apud Latinos. Sed quum ea consideratio Harpocrationis non fuerit, qui solum docere voluit, quam varie ea vox respectu hominum usurpetur, vel potius quam præter illud nationis generale adhuc particulatim sumatur de portionibus civium in populo, opinor longe rectius legi in MS. Mediceo πολυάριθμον. Qui probat mox quoque fidem Aldi & Maussaci, dum edunt τὸ πονηρότατον νομίζεται, quod postremus mutavit in νομίζειν: ad licet Valesius id monuerit ex Suida, tamen non tractamus Suidam, sed Harpocrationem, qui sic scripsisse potuit, & utique sententia perinde bona.

In v. Εκατομβαιών, MS. Mediceus non habet Τπερίδης ὁ τοῦ Αμφίωνος, sed Αφίωνος.

In v. Εκμαρτυρία, non legitur in MS. Δημοσθένης π. ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, sed Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου.

In v. Ε'κ προνοίας habet MS. ἐκ πολλοῦ τοῦ προόντος μου κατηγορεῖ, ubi vulgo quintam voculam neglexerunt.

Εκ προαγωγῆς. Ita edidi cum Aldo & Maussaco potius, quam cum postremo ἐκ προσαγωγῆς, qui in eo etiam morionem agit, quod sic citet notam Maussaci Εκ προσαγωγῆς] *Quidam codices ἐκ προσαγωγῆς habent ut Suidas*, tanquam ita stultus ac stupidus fuisset Maussacus, ut notaret id, in quo nulla est differentia vel notandi caussa. Perperam vero apud Suidam scribi ἐκ προσαγωγῆς, & vel ab ipso vel ab descriptoribus ejus non intellectum fuisse illud ἐκ προαγωγῆς, inde patet, quod προαγωγὴ non procedat ad

 ne-

necessitatem usque, quam in προσαγωγῇ agnoscit Harpocration, sed tantum ad delectationem & voluptatem, ut in verbis Thucydidis ab Maussaco ad v. λογοποιὸς allegatis, ὡς λογοποιοὶ ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον. Sed neque H. Stephanus illuc eam loquutionem trahit, sed, ait, accessione sensim accrescente, ut sumpsit eam explicationem ex Budæo in commentariis, non aliter illic verba Demosthenis contra Aristocratem citante & explicante, quæ tamen ipsa, ut opinor, & legit & explicuit aliter Harpocration, ut docent ejus MSsti, haud dubie melius. Agitur enim de eo qui ex necessitate cogitur amicus esse, non ex ingenio & indolis propensione & simpliciter, quia sic placet, sed ἐκ προσαγωγῆς, ex ratione eum cogente, quia putat vires vestras esse magnas, quia νομίζει δύνασθαι ὑμᾶς. Hæc cogitatio vestri status, ut considerat Harpocration, est necessitas illum compellens, quam & mox illustrat vocans metaphoram, non ut lepide noster Frisius edidit, ἀπὸ τῶν οἰχομένων (quæ lepidius vertit *à proficiscentibus*, quod ideo facit, quia in illo & omnia καλὰ & notitia Græci sermonis οἴχεται) sed ἀπὸ τῶν ἐξηρτημένων. Id foret ab illis qui non quiescunt & desident (aliquoties Hesychio ἠρτημένος explicatur κρεμάμενος) sed quæ coguntur se commovere, quia ante funibus sunt alligatæ ex projecturis; quasi intelligeret machinas vel alias quascunque, vel quæ in tragœdia Deos commovebant. Sed videndum, an non scripserit Harpocration ἠρεμούντων, ut innuat petitam tralationem ab illis, qui sponte non sunt incensi, non ardent nec flagrant ad aliquid suscipiendum, sed trahuntur ab quibusdam projectis, quæ antea vinculis & tormentis fuerunt adstricta, non secus ac quædam

νέωροπας ἥμβρας. Habes λαμβάνοντας ἡμέρας λαμπάδας in v. Λαμπάς.

In v. Εκφυλλοφορῆσαι MS. non legit ἐπεσημήναντο, quod tempus sane non convenit, sed ἐπισημαίνειν, quod est opportunissimum.

In v. Ελάτεια voces Demosthenis non referebat codex MS. in quarto casu Πανδοσίαν καὶ Βούχεταν καὶ Ελάτειαν, sed in primo casu Πανδοσία καὶ Βύχετα καὶ Ελάτεια, quomodo prorsus citata fuisse ab Harpocratione ostenditur in sequentibus, quibus dicit in nonnullis melius scribi Ελάτρεια, non autem Ελατρείαν, quod servavisset, si in prioribus quartum casum incepisset adhibere.

In v. Ελαφροπιτύος sequitur mox in MS. καὶ ἐν ἐπαίνῳ *Etiam in laude*, quum vulgo prior vocula omittatur, unde hic locus utique recte incipit. Ita in sequenti voce MS. videtur bene mutare μή ποτε καὶ περὶ πλεῖον, non ἢ, ut editur. Nesciebam autem Harpocrationis tam fausta fuisse fata, ut incideret in viros tam subtiles, ut quum Aldus edidisset mox καὶ τὸ ἐναντίον τοῦ βαρ. hoc tenue etiam sic adverteret Maussacum, ut mutaret in ἢ βαρ. & sequeretur Frisius: ac licet ne nunc quidem sit correctum, scias tamen in MS. Mediceo legi prorsus.

In v. Ελειοκόπων (MS. πως) retinui citationem ex Aristophane, prout ediderunt cum Aldo Maussacus, quoniam plane ita confirmabat liber Mediceus, etsi aliter citet Suidas & alii, duntaxat Harpocrationis codicum vetustorum fide intercedente.

In v. Ελλοτίεος non erat in MS. ὀνομάζεται ἢ καὶ Ελλότιος, sed multo congruentius ὠνομάζετο ἢ Ελλωτ. Sed & mox in v. Ελευσίνια, quum edi soleat τοῖς νικῶσι τὰ Ελευσίνια ἐδίδοτο ἆθλον, Valesius de quodam defectu suspicabatur, quasi debuerit addi designatio præ-

 mii,

mii, quale id fuerit. Id in Frisia statim arreptum ut opimum & insperatum lucrum, additurque nolenti volenti ad hordeario isto interprete κριθαί. Scilicet sic debebat integrum & universum dicere Hyperides, quia illi, apud quos defensionem pro Callippo habuit, non magis sciebant, quid præmii in Eleusiniis daretur; quam qui ultra Flevum habitant. An potuit fieri quidquam ineptius? Sed MS. habet τοῖς νικῶσι τὰ Ἐλευσίνια ἐδίδου τὸ ἆθλον, ut videtur, loquens de brabeuta in illis ludis. Sic certe apparet, quam procul hinc ablegari debeant κριθαί.

In v. ἔμβιος quum in Græcis nuper editum esset καὶ ἡ γῆ σηπεδὼν τοῦ ξύλου ἔμβιος γίνοιτο, prout Maussacus quoque post Aldum ediderat, in Latinis suis Frisia exhibet καὶ τὸ γήπεδον τοῦ ξύλου ἔμβιον γίνοιτο, vertens Latine *& fundus arboribus reviviscat*. An quis intelligere hanc audaciam ignorantia stimulatam potest? an σηπεδὼν non est vox bona, ut mutari debeat? An Hebræa tractat, ut τὸ ξύλον putet recte verti arbores? An ἔμβιον γίνεσθαι est reviviscere? Indignissime tractatus locus. In MS. Mediceo legitur καὶ ἡ ἐμπεδὼν τοῦ ξ. Manifesta veræ restitutionis origo. Scribe καὶ ἡ σηπεδὼν τοῦ ξύλου ἔμβιος γίνοιτο, *& indoles ligni vitalis fit, in vita maneat*. Illam enim vocem ἔμβιος explicat per ἐν τῷ ζῆν, γίνοιτο ἐν τῷ ζῆν, retineat suum vivere: denique quid sic intelligi debeat, adnectit, nempe ne exarescat.

In v. ἐμποῦσι retinui, quod priores editiones, quod MS. Mediceus, quod ipsa antiquitas adeo bene per Valesium illustrata exigunt, & stabiliunt, nempe ὅπερ τοῖς στοιχοῦσιν ἐφαίνετο: ita miror, cur contra tot documenta ausus fuerit nuperus editor id mutare in δυ-

ψυχοῦσιν. Certe non infelices modo videbant, sed pe-
regrinantes in agris circa meridiem.

In v. Ἐνεπίσκημμα quum legis in nupera editione
ἐξεῖναι προσελθεῖν τῷ Φάσκωλι δανειστῇ γεγονέναι τούτου τοῦ
ἀνδρὸς, καὶ λέγειν, noli tibi imaginari verba & scri-
pturam Harpocrationis à te spectari & considerari;
ille enim aliter scripsit, & quidem ita ἐξεῖναι προσελθόντα
τῷ Φάσκωλι δανειστῇ γεγονέναι τούτου τοῦ ἀνδρὸς λέγειν, ut ha-
bent priores editi, & MSsti. Jam oro utrum ex his præ-
stat? An non ipse auctor decernit, dum in v. Ἐξαιρέ-
σεως δίκη sic ordinat suas voces ἐξεῖναι τῷ ἀντιποιουμένῳ &c.
λαγχάνειν. in Οὐσίας δίκη, ἐξεῖναι τοῖς ἑλοῦσι κρατεῖν. in
Θεωρικὰ, οὐκ ἐξεῖναι τοῖς ἀποδημοῦσι λαμβάνειν. in Κακώσεως,
ἐξεῖναι καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι.

In v. Ἐνετιμᾶτο legitur πρός τι ποσὸν ἀργύριον, ubi MS.
servat ἀργυρίου, qui etiam habet λογίσαιτο, non λογί-
σηται.

In v. Ἐγκαινέα etiam MS. habet τοῦ πρώτου μηνὸς, non
προτέρου. Mox ibidem, quod opidò est notabile, idem
codex habet ἐκάλεσάν ποτε αὐτὴν Ἀθηνᾶν Δημητριάδα ad-
mirabili Græculorum adulatione, ipsius tutelaris Deæ
nomen cum nomine Demetrii jungentium, ut pateret
ejusdem honoris esse Divam patriam & regem.

In v. Ἐν Λίμναις Διόνυσον certe non exspectaveram
ab tam perito Græcarum rerum interprete, ut hanc
quoque Maussaci scripturam emendaret, proque illa
ederet Διονύσιον, & tamen de Baccho loqui aut hisce-
re sustineret. Attende igitur, lector, quid illi homi-
ni sit emendare. Equidem ediderat Aldus Διονύσιον,
Maussacus necessario reposuerat Διόνυσον; an sperare
quisquam potuit tale monstrum hoc tempore exstitu-
rum, qui id violaret? Sane & in Goesiano exemplari

 cor-

correxerant viri docti Διόνυσον. Sed jam ne quid celem, MStus Mediceus diserte legit Διόνυσος. Is ipse codex, quum nunc casum quartum in primum mutet, paulo ante, ubi legitur ἐν Διομείοις Ἡράκλειον, exhibebat Ἡρακλεῖ, quod verissimum puto, quum non magis illic templum Herculis videatur memoravisse Harpocration, quam in hoc loco templum Bacchi; quin & in ipsa explicatione Harpocration illum dativum adfirmat. Certe noster Frisius illic insulsissime ista ἐν Διομείοις vertit *à Diomensibus*. primo, quia auctor agit de ipso loco, quem constat Διόμεια appellatum: deinde quoniam Diomenses nulli sunt, Stephanus certe incolas nominat Διομεεῖς, ut debuerit saltem scribere *à Diomeensibus*. Sed ille sic vocem Ἠετιωνείας Latine dixit *Eetionæ*.

In v. Ἐξεπρέμνιζον videmus vulgo id tanquam ab Harpocratione explicari ἀντὶ τοῦ κατέβαλλον τὰ πρέμνα, τουτέστι, μέχρι ῥιζῶν τὰ στελέχη: in quibus quid aliud sit ab Harpocratione, quam quilibet Grammaticaster aut Lexicographus fecit aut faceret? At non talis noster egregius Harpocration, qui detortas ab proprietate voces & ingenia elegantiorum sectari solet. Non fuit Harpocrationis, ut ille nobis significaret πρέμνα notare στελέχη. Itaque adorare fas est codicem Mediceum, qui interpretationem sic profert κατέβαλλον τὰ πράγματα, τουτ. &c. Demosthenes enim illic metaphorice quosdam insectabatur, qui rem sive publicam sive privatam alicujus ab imo everterant; quod ita profert, ac si arborem penitus exstirpavissent, ut solet loqui Cicero. Ita certe patet figura, qualis item est in v. Ἠκρωτηριασμένοι.

In v. Ἐξηγητὴς verba ponuntur ad expositionem

ἐξηγούμενος τὰ ἱερὰ, non aliter ac si mihi persuadere vellent isti editores ἀγορανόμοι ab Harpocratione explicari ἀγορανομοῦντας, & sic ubicunque nomen substantivum ab aliquo positum deprehenderit, id ab hoc per participium explicari. Quam male isti de eruditissimo studiorum nostrorum adjutore meriti sunt? Neque vero ἐξηγητὴς simpliciter usurpatus notare potest τὸν ἐξηγούμενον τὰ ἱερὰ, nisi ubi sermo est περὶ τῶν ἱερῶν, aut de sacerdote, ut Τιμόθεος ἐξηγητὴς, & similia. Nec Nicander cum scripsit ἐξηγητικὰ, utique erant τῶν ἱερῶν, sed τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου, ut citat noster Harpocration. Itaque id vult observari Harpocration esse eam ipsam vocem, qua Græci ad sacrorum interpretes libenter utantur, nec modo in isto substantivo, sed & in ipso verbo. Unde disce, quam præclare codex Mediceus habeat καὶ ἐξηγούμενος τὰ ἱερά. Sic in tribus partibus id frequentatum ostendit, ut solere ab ipso fieri docet vel unum Ἀποτίμημα.

In v. Ἐξούλης quum scribit Harpocration eam vocem derivatam esse ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν, ut edunt Aldus & Maussacus, non intelligo cur nupera editio non in Græcis tantum, sed etiam in Latinis, ut obstinatum id sedisse scias, reddiderit ἐξείλλειν; quod amplius est, qua auctoritate & fide exhibeat ὅ ἐστι ἐξείργειν καὶ ἐξωθεῖν ἢ ἐκβάλλειν? quum illa ἐξείργειν καὶ in nullo prorsus habeantur libro vel scripto vel typis antea confecto? Equidem Andr. Schottus jam monuerat lib. I. observ. 19. (sed tarde & post Henr. Stephanum, qui multa de hoc loco) ex illo vulgato reponi debere ἐξίλλειν. Sed MS. Mediceus servato solo accentu scribit εἴρηται μὲν τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν, omissa vocula ἄν. Et sane

Har-

Harpocration per sequentia ἃ ἀφῃρεῦντο αὐτοῦ tantum non ducit, ut cogitemus de verbo ἐξελεῖν, & non de immobilibus modo, sed & mobilibus, quæ tolli & eripi alicui possunt, intellectum fuisse suspicemur.

In v. Ἐπαγγελία notat Harpocration verbum ἐπαγγέλλεσθαι Græcis usurpari καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν ἢ αἰτεῖσθαι, & fideliter interpretantur *usurpatur etiam pro imperare vel postulare*. Ego autem circumspicio, quod istud verbum sit, in quod res tam contrariæ coire potuerint. Equidem, ut dixi, fideliter quidem agit interpretatio; & postulata potentium didici esse imperata, & sic haberi debere. Sed quæso, cur in versu, quem citat noster in v. Ἠτημβύλω, vocem αἰτῶν vertit *postulans*, αἰτούμενος vero *utendum præbens*? Agnoscis sublestam rationem qua deciperis. Porro ut ἐπαγγέλλεσθαι sit αἰτεῖσθαι, certe non vidi, non audivi. Disce igitur, quam vulgatum hoc sit absurdum, & quam præclare MS. Mediceus sanet Harpocrationem offerendo αἰτιᾶσθαι.

In v. Ἐπαιρόμενος manifestum nefas admisit nupera editio, quum citat ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἄφοβον τρίτῳ, quod non modo nullus codex antiquus testatur ab Harpocratione venisse, sed aperte alienus ille supposuit Harpocrationi ex Valesio. Nam quum Aldus hîc lacunam signaret, Maussacus in codice Vaticano reperiens ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ restituit ἑτέρῳ, addita ingenua confessione ignoratæ sibi orationis, unde hæc verba sumserit Harpocration. Cui rei intentus Valesius pro cura ac felicitate attentionis simul & memoriæ animadvertit esse tertiam contra Aphobum; id quod statim noster infulsit huic loco, quum MS. Mediceus plane illud Maussaci ἑτέρῳ confirmet, qui etiam mox habet λιθ' ὤφελ.

In

In recensione vocum Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι non convenit MS. Mediceo cum hac vulgatarum editionum scriptura. Nam is legit ἐπὶ τ̃ μνημάτων, quod verius videri docent sequentia ἐπὶ τοῦ τάφου, præsertim quum etiam postea sequatur Ἐφορία, ἡ ἐπὶ τ̃ ὅρων γινομένη προαγόρευσις; etsi infra & glossam proferat ἐπὶ Θρασύλλῳ, & exponat ἐπὶ τῷ Θρασύλλου μνήματι. Sed & alia varietate scribit ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι in v. Λουτροφόρος.

In v. Ἐπιβάτης memorari debet iniquitas, quam ultima editio Harpocrationi intulit, edendo οὕτως ἐκάλουν τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι στρατευομένους, καὶ μὴ κωπηλατοῦντας, ἀλλὰ μόνον πρὸς τὸ μάχεσθαι ἐπιτηδείους, in quibus est absurda iteratio, qua describuntur militantes proprie. Nam quos alios imaginari possumus per priores, quam eosdem quos etiam loco ultimo describit? Et tamen remiges non possunt abigi ab munere militiæ in publicum: unde στρατευόμενοι ἐν ταῖς τριήρεσι sunt duplices, remiges & milites vel propugnatores, quorum hi sunt proprie ἐπιβάται. Itaque multo excellentior est vulgata lectio, τ̃ ἐν τ. τ. στρατευομένων τοὺς μὴ κωπ. ab MSS. confirmata, quam retinui. Sed etiam idem MSStus, tam hic, quam infra constanter habet ἐπίγειον & ἐπίγεια, ut placebat Valesio.

In v. Ἐπίβοιον MS. Mediceus non citat Σπίφυλος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Ἀθηνῶν, sed ἐν ἐννάτῃ τῶν περὶ Ἀθηνᾶς.

In v. Ἐπιβολὴ MS. non habebat παρὰ τοῖς ῥήτορσιν, sed παρ' αὐτοῖς. Ne plura dicam, vide modo in v. Ὀῤῥωδεῖν.

In v. Ἐπιγραφεῖς legitur καθεστηκότας ἐπὶ τῷ γράφειν ἑκάστῳ, ὅσον εἰσφέρειν ὀφείλουσιν, pro quibus in codice Mediceo exstat καθεστηκότας ἐπὶ τοῦ γράφειν, ὁπόσον ὀφείλουσιν εἰσφέρειν.

In v. Ἐπιδιαπήδησαι ab MSto citatur Lysias ἐν τῷ πρὸς Θεοπείθη ἐπιτροπῆς λόγῳ, non ἐπιλόγῳ: & forsan illud ἐπὶ nimis sæpe hic iteratum dedit causam isti epilogo. Ibidem vix intelligo voces ὥστε εἰ ἡ πρᾶξις γένοιτο explicari posse *confecto negotio*, ut faciunt. Certe in MS. verbum γένοιτο nullum apparet. An fuit ὡς πλεῖ ἡ πρᾶξις *ut causa finitur?* In sequenti perioche, idem habebat ἐὰν ἑκκαίδεκα ἔτη γένωνται, non γενόμενοι, quod tolerari nequit.

In v. Ἐπίδικος in fine dicitur ὁ δὲ Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρεῖτιν κέκληκεν. Cur autem id attexuerit Harpocration, nequaquam causam dixero. Sunt enim prorsus supervacua. Et quæso cur singulatim de Lysia sic observabit, ut aliquid annotandum; qui jam generaliter præmisit ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρεῖτις. Præcessit autem ἐπίκληρος. Ergo si id obtinet, ut eadem utroque modo dicatur, quid mirum si & ab Lysia fuerit isto modo appellata. Considera igitur præstantissimi codicis Medicei scripturam, quæ est ἐπικλήρετιν, quod vocabulum ne quidem notum est.

In v. Ἐπὶ κόῤῥης MS. liber invertit voces illas ἐξηγεῖται τοὔνομα λέγων, efferens ἐξηγούμενος τοὔνομα λέγει.

In v. Ἐπικράτης legitur ὡς χαλκοῦν ἐστάθη; quæ locutio est maculosa. Itaque viri docti in Goesiano codice annotaverant χαλκοῦς, perinde ut Valesius. Quod ipsum conspicue legitur in Mediceo, unde sic correxi. Mox de tertio Epicrate scribit οὗτος μέντοι ἐπώνυμον εἶχε, nec dubitavit Latinus interpres *hujus cognomen.* Fateor, ἐπώνυμόν ἐστι memini legisse: ἐπώνυμον εἶχε, nec legi, nec vidi qui notaverit. Sed magna est præstantia codicis Medicei, in quo est ἐπωνύμιον. Quam vellet hoc novisse Henr. Stephanus!

nus! certe jam non in unitate exempli tam miſerabiliter hæreret.

In v. Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων verba ſunt longe alia, quam in MSto. Editur enim ὡς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει. Τέσσαρες δὲ ἦσαν. δύο μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων· εἷς δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν. καὶ εἷς ἐκ Κηρύκων. Ubi ſcias licet priorem adverſativam ſine ulla auctoritate, ignoratam Aldo, ignoratam Mauſſaco, nuper ex Friſia veniſſe, quò quidem remitti debet. Forſan quoque non ſola. Omnia enim iſta ſic retulit MStus ὡς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει, δύο μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, ἕνα δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν, ἕνα δ᾽ ἐκ Κηρύκων, quæ negari nequit eſſe commodiſſima.

In v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ legitur καὶ συνίσταται τὸ κριτήριον, quum in Ms. exſtet τὸ δικαστήριον. Mox ubi vides παρὰ τὸ παρ᾽ ἀμφοτέρων, etiam ſcias illud παρ᾽ eſſe laciniam Friſii editoris, non antea illic poſitam, quam tamen retinui, quia videbatur aliquid deſiderari; unde in Goeſiano libro adnotaverant viri docti ὑπ᾽ ἀμφοτέρων.

In v. Ἐπίσκοπος vix ſcio an ſe Harpocration in vulgatis editionibus agnoſcat. Nam certe Harpocrationis non eſt, ut ſic ſuis verbis ſingula eadem præmittat, quæ mox perinde clare ex citato loco alicujus ſcriptoris erat lector intellecturus, ut eſt illa comparatio Harmoſtarum cum Epiſcopis. Sed etiam ut Harpocration nunc dicat Harmoſtas eſſe, qui mittebantur in civitates ſubjectas ſingula inſpecturi; qui in ipſa illa voce eos expoſuit ἄρχοντας ἐκπεμπομένους, parum videtur credibile, & eſt inconcinnum. Ut rem ſcias, pro omni illa vocabulorum turba οἱ παρ᾽ Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ᾽ ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, ὡς οἱ Λάκωνες

νες Ἁρμοσταὶ ἔλεγον, non alia pro Harpocrationeis agnoſcit elegans ille & fidus codex Mediceus, quam hæc ἐοίκασιν ἐκπέμπεσθαι τινὲς ὑπὸ Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκεπτόμενοι τὰ παρ' ἑκάστοις, quæ ſunt ſane aurea, niſi forſan in prima voce aberravit ſcribentis manus, quum vellet edere εἰώθασιν, efferentis ἐοίκασιν. Idem quoque exhibebat κατὰ Λαισποδίου, ut docte in ea voce diſſerit Valeſius, non Λαισπουδίου.

In v. Ἐπιτείχισμα legitur in omnibus quidem editionibus τὸ τειχιζόμενον κατά τινων χωρίων, easque voces modo Latine intelligunt *munimentum contra aliquos muro cinctum.* Itaque jam nulla iſtic vides χωρία. Sed egregie quod ſubolfecerat Valeſius, etiam confirmat Ms. Mediceus χωρίον, quod hinc non dubitavi reddere auctori, præterquam quod is quoque κατά τινος.

In v. Ἐπιτιμηταί habes hæc ut Harpocrationea. οἱ μὲν τὸ πρῶτον τιμώμενοί τι, τιμηταὶ ἐκαλοῦντο. Quæ quum ita producant viri docti, an fieri poteſt, ut ſine vitio his ſubnectantur iſta? οἱ δὲ τοῖς ἑξῆς ἔπειτα τὰ αὐτὰ τιμώμενοι, ἐπιτιμηταί. An non æque commode dixiſſet ταυτὰ vel τοῦτο? quænam illa ſunt, quæ vocat τὰ αὐτά? vides igitur ex fide agere librum Mediceum, dum ignorat voculam τι, quæ deleri debet.

In v. Ἐπωβελίαν exſtant verba ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας, καὶ μὴ ἑλόντες αὐτοὺς τοῖς γραφεῖσιν, quæ quum jam toties ſuppoſita typis impleverint chartam, optandum foret, ut cognoſceremus, quemadmodum affecerint eruditos viros prioris ſæculi, aut in principio hujus; ſicut cognoſcendum ſe præbuit noſter Latinus interpres, ſi nihil aliud, certe poſtrema vocabula ne tangens quidem, multo minus ut indicaret,

utrum

utrum neutra an masculina judicaret. At Æmilius Portus in versione Suidæ reddidit, *nec suis scriptis* contra illos scriptis *reos peregissent*; nimis prudenter, quasi quis alia quam contra illos scripta expositurus esset. Sed cur scriptis id fieri debebat? an nihil agebant linguæ & voces? Suidam igitur relinquamus Porto infandis modis corruptum, & Harpocrationi succurramus, cui plane has voces adeo insulsas subjicere non debuerant, unde cum vindicabit spero fides codicis Medicei, qui pro his nugis offert ὅπερ ἐδίδοσαν οἱ διώκοντες τοῖς φεύγουσιν (hoc primum nota, ut scias, in cujus commodum & lucrum cederent isti tot oboli, quod in illis nugatoriis ex Suïda supprimitur) εἰ μὴ ἕλοιεν.

In v. Ἐποπτεύοντες MS. non habet ἐν Ἐλευσῖνι, sed ἐν Ἐλευσινίοις, ita ut supra scriptum sit τ. Cæterum sciri fas est, quum Aldus & Maussacus ita distinxissent οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, ἐποπτεύειν λέγονται, Scaliger in Eusebianis sine distinctione locum hunc citavisset, nuperrime ex Frisia vexatum esse Harpocrationem hac distinctione οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι; ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτ. λεγ. nec aliter Latina *Eleusiniis sacris initiati, in revisione* ἐποπτεύειν *dicuntur.* Atqui quum mystarum μικρὰ μυστήρια essent annua, ut singulis annis recurrerent, an qui hoc anno mystæ fiebant, sequenti anno non revisebant? Illustravit hoc verbum ex Seneca illic Scaliger, sed quod ille noster pessime adspexit. Sine dubio mystæ per istud quadriennium quotannis revisebant Eleusinia, nec tamen in illarum revisionum aliqua dicebantur ἐποπτεύειν; sed tantum tunc, quum essent μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, quando non tam revisebant, quam secunda consecratione initiabantur.

In v. Εργανέων MS. non habet παροιμία ἥς ἐστιν, ἣν ἀνέγραψε, sed Ησιόδυ φησὶν εἶναι παροιμίαν, ἣν ἀνέγρ.

In v. Ερκεῖος, MS. habet ᾧ βωμός... ἵδρυται, non βωμοὶ ἵδρυνται, ut vulgo; quod omnino probem: nam quod modo ante etiam dicantur βωμοὶ, ii pertinent ad duo numina. Sed & idem constanter legit Ἑρκειος & Ερκίυ, ut citat ex Plutarcho Valesius, cujus conjecturam quoque deinceps adjuvat MS. edens νομοθεσίας, non σίαν, ut videatur περὶ τῆς νομοθεσίας scripsisse.

Vocem Ερμαὰς ex fragmento Anacreontis apud Hesychium recorrexit Valesius in ἕρμα; & quidem recte, si aut Hesychianam Anacreontis citationem aut vocem ipsam consideres, quæ passim ita usurpatur, & habentur exempla ὅσα κόνις. Sed Harpocration solet notare rariora & peculiaria, non sic passim adhibita. Res digna cogitatu est, an Græci quoque dixerint Ερμὰν in primo casu. Certe sic habet liber Mediceus.

In v. Ερμῆς quæ habet Harpocration, citantur ab Meursio lib. 1. Athen. Attic. cap. 5. sed desinit in verbis πρὸς τὸν πυλῶνα, ea quæ sequuntur τὸν Αττικὸν negligens, incertum casu an sponte, quod nullam ejus ita dicti auctoritatem apud scriptores alios reperiebat, ut patet tum ex capite omnium postremo ejus libri, tum ex Lection. Att. lib. 1. cap. 1. ubi dupla scriptione amavit recensere nomina portarum Atheniensium. Et tamen negari nequit prope fuisse portam, unde & sic cognominatus fuit, quam πυλὴν vocavit Pausanias in verbis illic ab Meursio citatis, ut Harpocration πυλῶνα appellavit. Admodum equidem generalis est illa porta Attica, quum sine dubio omnes aliæ non possent aliter nominari, etsi speciatim nominibus aliis distin-

distinctæ. An fuit illa porta, quæ in arcem ducebat? & scripserit forsan auctor τὴν ἀσυκὸν, quum constet unum introitum modo arcis fuisse. Etiam Mercurius ἐπ' Αἰγαίαις πύλαις non procul ab Delphinio colebatur, ut notum.

In v. Ἐρυθραῖοι valde multus est Harpocrationis sermo ad ostentandam illam Jonicam Erythram, quum tamen ille non soleat sic absurde exundare, ubi nullum claritatis est pretium: qualem eum in hoc etiam loco fuisse probat fidelissimus scriptor codicis Medicei, omnia ista sic exhibentis Διογένης Φιλιππικῷ. ἡ πόλις ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρυθραὶ μία τῶν ὑπὸ Νήλεως τοῦ κέντρου κτισθεισῶν, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίδι. Remove hinc Diogenem & centrum muta in id quod requiritur, habebis opinor ipsam Harpocrationis manum.

In v. Ἐσκαθῆτο MS. Mediceus non habebat, ἢ ἐρρίπτετο, quod non magni momenti, sed ἐθρύπτετο.

In v. Ἐστιάτωρ edi solet οἱ μὲν ἑστιάτορες, οἱ δὲ κληρωταί, sic Aldus, sic Maussacus, sic nuperrima, quum tamen liber Mediceus vere præferat κληρωτοί, ut necessario scribi oportuit, & jam viri docti in Goesiano codice sic correxerant.

Vocem ἐπικρεία non præfigit MStus liber, sed ἐπικρείτης.

In v. Εὐθύναι non constant sibi editiones, ubi Aldus protulerat εὐθύνη ὄνομα ἀρχῆς, id sequutus fuit Maussacus, sed nuper ex Frisia, εὔθυνοι ὄνομα ἀρχῆς, scilicet quia H. Stephanus ex Budæo sic citat. Verum ipse Harpocration clamat, quemadmodum ipse notaverit; nempe dicant alii εὐθύνας appellatos fuisse vel etiam εὐθυντὰς; at ipse invenit εὐθύνας etiam dictos illos magistratus, ab singulari εὐθύνης, quo quum dirigat

rigat lectio Aldi & Maussaci cum libris scriptis consentiens, ita exhibere sustinui. Nam sic solet Harpocration, ut infra, Ζητητὴς, ἀρχή τις Ἀθήνησι, ut ἄρχοντας & ἀρχὰς pro eodem habet in v. Ἡγεμονία δικαστηρίου. Imo utrumque confirmat præclare ipse Harpocration in voce Λογισταὶ, apponens ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη, & pergit, ἔνθα δείκνυται, ὅτι διαφέρουσι τῶν εὐθυνῶν, ut quidem edidit Aldus & Maussacus ex vera & bona fide: scævus Frisius id non concoquens edidit τῶν εὐθύνων, videlicet ab εὔθυνος. At id, ô bone, noluerat Harpocration, sed ab ὁ εὐθύνης deduxerat τῶν εὐθυνῶν, in prima declinatione. Ergo & auctor huc allegavit versum Eupolidis, cujus sententia prorsus, ut cum Græcis loquar, ἠκρωτηριασμένη trahitur. Est ille: Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ὑπευθύνων χορῶν, ut concipitur in Frisia, & vertitur *Logistæ qui subjectis examini præestis.* Utrum igitur alloquitur aliquos? Id volunt ista Latina. At ex Græcis plane idem non patet. Deinde ubi residet illud *præesse*? ubi vox Græca χορῶν? Ubi monstratur ista differentia inter λογιστὰς & εὐθύνας signata Harpocrationi? Porro sic ille discessit ab Aldo, qui edidit ὑπευθυνῶν, ut etiam Maussacus. Unde ego nescio, an duo hi docti viri statuerint utique jambum ab Eupolide concinnatum, quum fragmenta ex eo citata per ipsum nostrum Harpocrationem doceant non solos jambos ex eo provenisse. Ut hoc de illis cogitem, facit MS. Mediceus, qui non habet χορῶν, sed χωρῶν. Quin etiam idem iste optimus codex legit ἐπ' εὐθυνῶν, non ὑπευθυνῶν, vel ὑπευθύνων. Ita profecto habes omnia optima, Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ἐπ' εὐθυνῶν χωρῶν. *Logistæ regionum* (vel *dignitatum*, ut χώρα perinde apud Græcos, ut apud Lati-

Latinos *locus* de administratione & gradu in republica) *quæ sunt sub Euthynis.* Imo MS. illic etiam legebat Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

In v. Εὐοῖ difficillimus locus occurrit velut ex Arignote citatus, ubi has voces legimus ὡς ὅτι τινὲς ἔλεξαν εὐοῖ ὡς εὖ σοι, τὸ εὖ ῥῆμα τοῦ κατόπτρου ἐπαινέοντες. An non prius terras cœlo misceri posse judicares, quam ab homine qualiumcunque studiorum participe talem oriri non versionem, sed ut mox dicet Harpocration, ἰωλοκρασίαν. *Siquidem nonnulli dixerunt* Εὐοῖ *quasi* εὖ σοι *bene sit tibi*, τὸ εὖ, *hymnum Bacchi conspicui laudantes.* Hinc discimus videlicet ῥῆμα esse *hymnum*: & quo tormento Bacchum conspicuum ex voce Κάτοπτρον formavit? Ῥῆμα vulgariter solet ab Harpocratione usurpari de parte orationis, quod verbum Latinis dicitur, ut patet in v. Διάθεσις & Ἔφεσις. Ita nihil ea vox ad hanc rem. Propterea exosculatus fui ingenium Valesii, conjectantis discessisse in duo unum vocabulum εὕρεμα, *laudantes inventionem speculi.* Videtur fabulatio fuisse, inventorem speculi, quum in speculo primum adspiceret sese, dixisse εὖ σοι: Id transivisse in vulgus, & unumquenque hinc dicis gratia solitum sibi bene dicere per istam formulam; imo etiam Arignoten judicavisse inde ortum esse clamorem Bacchicum εὐοῖ, quia nonnulli sigma prave blæseque pronuntiantes ita fuerint loquuti εὐοῖ, quum vere vellent εὖ σοι.

In v. Ζεῦξις non intelligo, quomodo tam enormem catachresin Maussacus & Valesius crediderint placuisse Harpocrationi, ut Aristotelem pictorem in grammatica hac expositione poneret pro eximio & principe, quum edit alter Ἀριστοτέλης τῶν ζωγράφων, ubi Aldus dederat ἀριστοτέλους sine distinctione præcedente, nec

aliter MStus; alter ex Photio, sæpe suum ὕψος ultra fas sectante, nescio quid simile prorsus huc affert. At viri docti longe aliter judicabant, qui in Goesiano exemplari adnotaverunt legendum esse ἀρχῆς τῶν &c. Quod quidem longe propius ad Harpocrationis rationem accedere crediderim, nisi esset vox nimium truncata. Unde ego nunquam cunctatus fui, quin opinarer auctorem scripsisse ἀρχιτεκτονικῆς.

In v. Ηετιώνεια scribit Harpocration οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ut quidem nuper ex orci tenebris produxit Frisia; non ipsa primaria, sed præmonente Meursio, & hanc suam sententiam petente ex Stephano & Suida. Hæc universa fides, hæc æquitas, ut continuo sic ad illos duos nunc formari debeat nobilis hic Harpocration, quum antea Aldus perinde ac Maussacus edidissent ἡ γῆ περὶ τοῦ πειρ. unde in libro Goesiano adnotarant viri docti ἡ γῆ ἐπὶ τοῦ πειρ. quum in codice MS. Mediceo desiderentur voces istæ omnes, ut hæream, pro supposititiisne illa habeam, an varietate contemplandi, aut ipsas aut me fatigem. Stephanus & Suidas scripserunt pro ingenio suo, & multa opinor apud eos esse, quæ displicerent nostro. Et potuisse aliquid scribi ab Harpocratione quod illi deseruerint, aut doctum nimis forsan videretur, etiam confiteri oportet. Certe igitur ad veterem Aldi editionem maxime convenit ἡ Μεγάλου Πειραιέως ἄκρα. Sic vides non tantum ab Harpocratione designari quid sit, sed & quo situ locatum, & sic fors dederit, ut illustretur ita portus Piræeus, qui non modo utrinque promontorio tegebatur, quousque potuit docere Meursius in scripto cognomine, sed qui versus Sunium promontorio Al-

Digitized by Google

cimi appellatione notato tegebatur, versus Megara verò altero, qui Eetionea nomen erat. Vocabulum hoc Μέγαραδε & Stephano & Suidæ ignoratum fuisse nihil miror, quum & iste recensuerit Μεγαρόθεν & Μεγαροῖ, hoc omiserit; Suidas autem & multa alia in promptu non habuerit, & nonnisi primum ex his duobus nominaverit. Henr. Stephanus mentionem facit, unde eam petierit, indicare non dignatur. Mihi significavit Philostratus lib. 1 de vitis Sophistarum in Secundo. πόσδε ὁ ἀνὴρ ἦν. πηδῶν δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆ Μέγαραδε ὁδῷ. Aristænetus lib. 11. epist. 13, ubi Chelidonium scribit Philonidi, Καί τοι με καθεύδουσαν ἀφεὶς Μέγαραδε πορεύεται.

In v. Ηκρωτηριασμένοι quum exposuisset auctor λελυμασμένοι, pergens illustrare scribit: οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι &c. Sane sic potuit scripsisse Harpocration, vel Lysiæ exemplum in animo & memoria habens, quod citat in v. Καρκίνος. Ελυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκίνον εἰσφοιτῶσαι αἱ κύνες, sicut sine casu ipse adhibuit in v. Απομάττων. Sed hic taceri non debet in MS. Mediceo legi λυμαινόμενοί τισιν. Itaque est in his eadem prorsus variatio, quæ legitur in præfatione Antiquitatum Josephi λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν, ubi Medicea membrana τῇ ἀληθείᾳ.

In v. Ηλιαία vides occurrere ista verba ἐκ δυοῖν δικαστηρίοιν, quomodo non legitur etiam in MS. Mediceo, sed δυοῖν δικαστηρίων; in quo & ipso vix liquide decernas. Nam ut ἀμφοῖν γένοιν in Ναυτοδίκαι, ita δύο ψήφους dicit in Τετρυπημένος, & δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι in v. Κατὰ τὴν ἀγορὰν.

In v. Ηρία vulgo legitur ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν ἔραν, & recte quidem, si imaginari nobis possumus hanc etymologiam vel ex sese natam vel ab se probatam

 nunc

nunc produci ab Harpocratione; Harpocratione, inquam, qui ne significationis quidem proprietatem ex sua persona in præcedentibus producendam judicavit, præponendo φασὶ δέ τινες. Et certe hæc etymologia jam fuerat in mundo ante Harpocrationem. Ut censeas me jure dubitare, scito in MS. Mediceo legi ὠνομάσθη præclarissima mutatione & manus Harpocrationeæ restitutione.

In v. Θέμψος τὰ ὅπλα edendum judicavi κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην θῆκε, prout ediderunt Aldus & Maussacus & habent codices MSsti, non ut nuper Frisius κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν. Licet enim is integer versus occurrat, tamen hoc quoque exemplum manifestat, quam sæpe Harpocration hæc Homerica memoriter citaverit, ut prisci omnes fecerunt.

In v. Θεμιστεύειν quum integro sensu & recto legatur Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἡλίου, tamen id non potuit satis placere Thomæ Stanlejo ad principium Eumenidum Æschyli, jubetque reponi Φοίβου, absurda & perversa grassatione in libros vetustos.

In v. Θέογνις videmus luxatum esse locum, quem perbelle sibi opinor gratulantur è Frisia sanatum hoc modo ἐν πρώτῳ νόμων εἶπεν· πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων. πόθεν γὰρ ἔφασκεν; εἰς Σικελὴν γαῖαν, commoda satis, quod negari nequit, structura vocum; sed sodes, qua auctoritate? qua fide? quum Aldus ediderit, ἐν πρώτῳ νόμων τῶν ἐν Σικελίᾳ, μέγα ποτὲ ἔφασκεν, ut est quoque in MStis, vel Maussacus νόμων, τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων - - - - ποτὲ ἔφασκεν. Unde enim istud γὰρ, nisi ex malo cerebro hominis hodierni, non Harpocrationis? & multo gravius dominatur, quum vocem πολίτην quoque non veretur insuere, præser-

eam quæ nihil momenti adfert, imo abesse debeat, quum respondeat ille genitivus præcedentibus ἀπὸ τῆς πρὸς τῇ Ἀττικῇ Μεγάρων. Unde fit, ut etiam Valesiana pro alienissimis haberi oporteat, quum præclare Harpocration sic procedat, ᾧ μὴ ἐπιστήσας Πλάτων ἐν πρώτῳ νόμων (φησὶν subintelligitur repetendum ex prioribus αὐτὸς γάρ φησιν ὁ ποιητὴς) τῶν ἐν Σικελίᾳ. μὴ γάρ ποτε ἔφασκεν εἰς Σικελίαν. Refutat Platonem Harpocration, argumentando nunquam eum dicturum fuisse in Siciliam, sic resolvens poëtica Theognidis verba in prosam.

In v. Θέσθαι Mediceus codex non legit ὡς ἔθηκε μὲν ὁ νομοθέτης, ἔθετο καὶ ὁ δῆμος, in quibus nihil est, quo sententia Harpocrationis exprimitur, multo minus ut ad Harpocrationem pertinere putetur ineptissima versio *ut legislator legem tulit & populus comprobavit*, certe perinde stolida ac qua in v. Θέτης interpretatur τὸν εἰσποιησόμενον *qui in adoptionem datur*: Sed egregie ὡς ἔθηκεν ὁ νομοθέτης, ἔθετο καὶ ὁ δῆμος, quo significat verbum activæ formæ ἔθηκεν solere dici tantum de legislatore, quum verbum mediæ formæ etiam de populo usurpetur. Hoc est, quod notat Harpocration, cui constat sua ratio; unde etiam non videntur eam intellexisse viri docti in libro Goesiano, qui annotaverant ἔθετο δὲ ὁ δῆμος.

In v. Θόλος habet liber MS. Ἀμμώνιος γοῦν ἐν τετάρτῳ; quum secunda vocula in vulgatis desit, etiam ἅπαξ ἐπιῶντι, non ἐπιῶντες; denique Σκιάς, non Σκιὰς.

In v. Θρόνιον verba exstant Θεόπομπος ἐν τῇ, prout edidit Aldus, quibus literis quinque puncta attexuit Maussacus ob numerum librorum (sic scribit, quum voluerit opinor libri, certe ille singularis suffecisset)

 Theo-

Theopompi, quem deesse arbitratur, unde id sequuntur aliæ editiones. Sed potuit nihil deesse, quum scripturam liceret arguere corruptam, unde numerus libri transiit in articulum, quum esset scriptum ἐν ιγ, id est, ἐν δεκάτῃ; ut enim modo præponitur in tali citatione articulus, ita interdum omittitur, ut fit in citatione hujus ipsius libri ab ipso nostro Harpocratione. Sed tamen, ne nescias, MS. liber cui multum tribuo habet optime ὡς Θεόπομπος φησὶ, etsi alter MStus esset cum vulgata conveniens, ut liceat eligere.

In v. Θυργωνίδαι non habet liber MS. μετῴκησαν, sed amplius μετῳκήθησαν.

In v. Θύπιον nescio an recte perceperint mentem auctoris, qui edunt διὰ τοῦ τ Τύπιον διαφόρως γεγραμμένον, ut Maussacus & nuper è Frisia; quum Aldus exhibeat διὰ τοῦ τ Θύπιον, ut differentia signetur non in litera prima, sed tertia; quod verum puto; atque ideo reposui, nisi fallor, quum id ipsum significet aperte codex MStus, habens quoque adsentientem Valesium, qui ex Æschine hodierno produxit Θυτεῖον.

In v. Ἱερὰ ὁδὸς citatur Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν, quod mirum est, si & Aldus & Maussacus in suis MSStis invenerint, quum liber Mediceus manifeste exhibeat Δραπέτισι. Equidem Suidas in vv. ἁμαρτεῖν, ἀνεκάσασθε, ἀποπέτηται & plurimis citat Cratinum & ejus fragmenta producit ex fabula Δραπέτιδες; sed tamen & ad Hesychii locum in v. Ἀγυρτοκυβῆλις notant viri docti fuisse Cratini drama nomine Δραπέτισι, & ibidem vocem ἀνδραπέτησιν corrigit mutans in ἐν Δραπέτησι Pricæus, Pricæus, qui in indice, quem fecit, auctorum

ab

ab Hesychio laudatorum, scribit in isto ipso loco se putare legendum ἐν Δεξιπποις.

In v. Ἰόνιος citantur ad hunc modum verba Thucydidis Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐς δεξιὰ εἰσπλέοντι. Quæ non damno, sic nec viros doctos, si ex fide veterum librorum ita ediderunt. At quanta hinc accessione augetur pretium codicis Medicei ἐν δεξιᾷ? quum hodieque non aliter legatur in ipso nostro Thucydide, cujus loquutioni consentientem habuimus Lysiam in v. Γωνιασμὸς, cujus illa verba ibi allegantur. Ἐστι δὲ κάμψαντι τοῦ τείχους γωνιασμὸς ἐν ἀριστερᾷ.

In v. Ἱππὸς, quum ab Harpocratione additur, ὅθεν καὶ ἱπνοπλάθους τινὰς ὀνομάζουσιν, ex eo patet, quam plane non diligenter hic liber ab Henr. Stephano fuerit lectus & evolutus, etsi inde Isocratea selegerit. Nam in magno isto Thesauro de hac voce sive ἱπνόπλαθος sive ἱπνοπλάθης nihil prorsus memoratur, non aliter ac si ex Græcia excluserit, quum non pauca de verbo πλάθειν colligeret. Et tu intellexisti Harpocrationem, aut aliis intelligendum præbuisti, qui interpretaris Latine *unde etiam nonnullos vocant ἱπνοπλάθας*. Ergo et tu qui Græce ignoras, jam potes legere, jam intelligis Harpocrationem? Quæso te, mi interpres, cur hos Latine non reddis, quum in sequentibus Κοροπλάθοι Latinum facias *puparum fictorem*? Hos igitur ad istam normam dices *caminorum fictores*. Enimvero sunt omnia quisquiliarum plenissima, quæ facile spernes & conculcabis præ insigni auxilio, quod exhibeo ex codice Mediceo ἱπνοπλάστας. Vox ipsa prædicat bonitatem suam.

In v. Ἱππαρχος recte mutavit Maussacus editum ab Aldo ἐν δευτέρᾳ Φιλιππικῶν: sed mirum, si codex

Mo-

Morelli habebat ἐν Δω φιλιππ. quum MS. Mediceus clare legat ἐν δ' φιλ. hoc est, τετάρτῃ, & sine dubio non aliter habuit codex Aldi, unde hic in fæminino genere extulit. Quod simile his prorsus est, edidit in voce Καθήκοντα nuper Frisius ἐν δεκάτῳ φιλιππικῶν, ubi & Aldus & Maussacus præcesserant ex MStis ἐν ἑνδεκάτῃ, idque quum Valesius moneret etiam legi debere ἐν δεκάτῃ. Talis ille est Harpocration. Qui profecto ne se quidem cognosceret in sequente periocha v. Ιππεὰς, ubi integriorem locum Isæi reposuit, quam poni Harpocration voluit, &, quod notari oportet, voculam οὐχ præfixit verbo ἀπηχέψατο, Ουχ ἀπηχέψατο; nesciebam sic Frisios docere & scire Græca.

In v. Ἰσα βαίνων Πυθοκλεῖ facile ferri potest in Menandri citatione ἑταίρα πλυπλής, quam appellationem congruam illis sæpe queruntur etiam theatra: sed tamen MS. Mediceus habet πλυετής; quod ipsum & alibi persæpe novimus in eis consideratum, & ex Athenæo vides citatum ab Maussaco ad v. Νάννιον, τὴν ἑταίρα Νικὼ πρεσβυτέραν οὖσαν ποτὲ.

In v. Ισοτελὴς quum præcessisset Aldus in tali sententiæ & verborum distinctione Ισαῖ@ ἐν τῷ κατ' Ελπαγόρου. πολλάκις τιμή τις, etiam sequutus fuit Maussacus, & non modo sequuta est Frisia, ejectâ tamen præpositione, ut solet semper aliquid ultra solitum nugari, sed etiam nuper sic interpretata est *Isæus oratione contra Elpagoram. Subinde honor* &c. Oro, quid prodest illud *subinde*? Utique non potest Harpocrationi se applicare ista trias: quî non omnes observarunt vocem πολλάκις ab Harpocratione frequentari in auctoribus, quos citat? ut hoc loco indigetare voluit Isæum in ista oratione crebrò alterutra usum fuisse. Ineptum est

est talia monere; sed ineptius quoque in talibus aberrare. Vide modo in Καδμεία, Καταχειροτονία, & in Κατῳκοδόμησεν nominatim Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους πολλάκις. Ita hîc quoque debet intelligi, & vox πολλάκις apponenda præcedentibus.

In v. Ἴων legit liber Mediceus ὑὸς δὲ ὀρθομένους, ἐπικλήσιν Ξούθου, non ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου, quum soleant in hoc negligere adversativam.

In v. Ἰωνία χώρα quam adscribunt Harpocrationi recensionem urbium, ea perquam est dubia, quum MSsti conveniant in hæc tantum verba πόλεις ἕνδεκα, Ἔφεσος, Ἀνδροκλος, Μίλητος, Μυοῦς, Κλαζομεναί, Χῖος, Σάμος, quæ sic plane expressit Aldus, nec plura, nec alia; unde hoc utique patet non recte suspicari Holstenium in Annotationibus ad Ortelium Ἀνδροκλος legi pro Chio; (quale quid ex Æliano etiam notat Valesius) nam in MS. ista appellatio Ἀνδρόκλου simul cum Chio servatur. Quod quum ita digesserit Maussacus, ut pro v. ἕνδεκα scriberet δώδεκα, & tot alia urbium vocabula inserere prætulerit, quam derelinquere, & opperiri meliora ex antiquis codicibus, conatus est sane parum laudabilis. Duodecim urbes Ioniæ facile quis convocaverit; sed quum manus Harpocrationis non nisi undecim compellarit, & inter eas Samum Chiumque numerans, ut novem solummodo urbibus restet locus, difficile dictu est, quas præter illas quinque addiderit. Cui ista libido allubescit, habet in Latinis Vellejum, Pomponium Melam aliosque, ex Græcis infinitos; nec sic tamen inventa erit ista Ἀνδροκλος, quæ forsan coaluit ex duabus Τράμπη, Κλάρος. Mox non habet liber Mediceus ἁβρῶς καὶ τρυφερῶς, sed pro postrema voce τρυφηλῶς.

In v. Καβύλη videmus ab præclaris viris talem ſtatui Geographiam, quaſi auctore Anaximene Axius fluvius in medio Thraciæ recenſeri deberet πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ καὶ μέσον τῆς Θρᾴκης; quem in tam enormi doctrina qui potuerunt credere ab Harpocratione allegatum iri? An media regio Macedoniæ, an ipſa Pella Axio adſita, tam ignorata fuit ſimul Anaximeni, ſimul Harpocrationi? Nec ſcio cujus id fuerit inventum, niſi poſtremæ ex Friſia editionis. Certe & Aldus & Mauſſacus ediderunt πρὸς τῷ Τάξῳ, nec aliter MS. Mediceus, niſi quod neſciat articulum; probat enim ſolummodo πρὸς Τάξῳ. Etiam hinc Taxum fl. ad Ortelium ſuum annotaverat Holſtenius. Nec ſcio decernere, ſi neges in Thracia fuiſſe quoque fluvium Λίπαξον, ut fuit iſto nomine urbs, commemorata Stephano in ἐθνικοῖς.

In v. Καρκίνος legit codex Mediceus εἰσφοιτῶσαι αἱ γυναῖκες, non αἱ κύνες.

In v. Κατάγουν τὰ πλοῖα, quum Aldus ediderit βιάζεσθαι καὶ κακοῦν, nec aliter legatur in MS. Mediceo, non intelligo, cur Mauſſacus mutaverit prius verbum in λῄζεσθαι, quod & ſequuntur recentes editiones, ſine ulla juſta cauſa. Nam vides egregie Harpocrationem velle innuere, quouſque ſe extendat ſignificatio hujus locutionis apud hiſtoricos, nempe ut ab curſu cogant deflectere, & in poteſtatem portumque piratarum deducant. Quod notabilius eſt, in MS. Mediceo non legitur εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς λῃστεύουσι κατάγειν, etſi illa ſint commoda, ſed omittitur vox οἰκεῖα, & quidem doctiſſimè, vel ut iſte dativus notet illuc abigere captas naves, ut ſint commodo & lucro prædonibus, vel ut χωρία τοῖς λῃστεύουσι dicatur, ut apud

Stephanum in v. Ἄβαι ostendi recte dictum Ἄβαι, πόλις Φωκίδος.

In v. Κηφισόδωρος non habet MS. Mediceus ὁ ἵππαρχος, ὃς ἐν Μαντινείᾳ, sed ὃς ἵππαρχος ὢν ἐν Μαντ.

In v. Κιγκλὶς legitur versus Aristophanis ὁ δ' ἡλιαστὴς εἶρπε πρὸς τὴν κιγκλίδα, qui aliter exstat in MS. Med. ὁ δ' ἡλιαστὴς εἰς περὶ τὴν κιγ.

In v. Κιττοφόρος, ut codex Morelli, ita & Mediceus ignorat illas voces διὰ δύο ττ. ac deinde pergit γράφουσι κισσοφόρον, & mox tamen retinens κίσσας, ut alter iste Morelli, (quæ eadem variatio est in v. Κύπασσις, ut vulgo, quum codex scriptus κύπασις & κύπασιν & κυπάσσεις) non habet εἶναι, sed ἐν αἷς. Verum de his optime judicavit Alb. Rubenius in dissertatione de nummo Augusti, cui inscribitur ASIA RECEPTA.

In v. Κλητῆρες in MS. Mediceo non legitur τὸ δέ ἐστιν ὅλον τοὔνομα, sed ὅλως, quod propterea recepi: qui etiam in superioribus habebat οἱ δικαζόμενοί πως non διαδικαζόμενοι.

In v. Κοιρωνίδαι ubi extrema hæc leguntur καὶ γὰρ Κοιρωνίδας καὶ Φιλ. καὶ Περιθ. duæ priores voces ignorantur ab codice Mediceo, nec immerito.

In v. Κολυττὸς legitur δῆμος ἐστι τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς Κολυττός; quod quidem iniquo Maussaci supplemento sic ampliatur, quum vocabulum φυλῆς non exstet in exemplari Aldino, sed neque in MS. Mediceo; tanquam non persæpe id ab auctore omittatur, quum & postea scribat Λευκόνοον δῆμος τῆς Λεοντίδος, & paulo ante in v. Κηττοί scripserit δῆμος ἐστι τῆς Λεοντίδος, ὡς Διόδωρος. ex quo exemplo videtur etiam memorabilis codex ille Mediceus exhibens non ut vulgo Κολυτ-

τὰς, ſed Κολυττοὶ, ut eſt iſta terminatio Attica, quam docet Σφηττοὶ, Συπαληττοὶ, Κορυδαλλοὶ, & plura alia, poteſtque Harpocration innuere locum Æſchinis, ubi locale derivativum uſurparit. quanquam in v. Ἴσχανδρος ex felici reſtitutione legatur ἐν Κολυττῷ, ubi & ille ipſe MS. habet Καλύττῳ, niſi quod Sponius ex marmoribus probet ſcripturam Κολλυττοί.

Vocem Κολωνίτας etiam hæc editio protulit, ut poſtrema nuper. Sed tamen ſciri oporter, ut Aldus & Mauſſacus, ſic ab Mediceo codice ſcribi bis Κολωναίτας, à qua forma non decet nos nimium alienos eſſe, quum loca iſta Attica in ος multam varietatem in τοῖς ἐθνικοῖς admittentia, modo in εὺς, modo in ιος, ab his excipiant hanc vocem, vel ipſis viris doctiſſimis concedentibus, dum exhiberi volunt Κολωνίτης, quam formam in omnibus illis pagis non reperio. Itaque ſicut hactenus ſtatuitur ſingulare in derivato ab voce Κολωνὸς, cur id negamus procedere poſſe & extendi ad Κολωναίτης; perinde ut geminum quid accidit in Κολασσεῖς, Κολασσαεῖς, Κολοσσαεῖς, *Coloſſitanus*?

Vocem Κεραμαλλίδαι non ſic etiam effert codex Mediceus, ut vulgo, ſed Κεραμαλίδαι, perinde ut ſtatim quoque Κεραυγαλίδαι, non Κεραυγαλλίδαι, ut rurſus vulgo; itemque Κεραυγάλιον, non Κεραυγάλλιον. Id certe accedit ad Heſychiana, quæ citavit Valeſius, Κεραυγαλίδαι τῶν Κελσαίων τύραννοι. Quinimmo hanc veram eſſe ſcripturam docent illa Ovidiana *Judice Craugalea*.

Κρώβυλος legitur Ἡγήσιππος μὲν ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, quomodo ſane non etiam legit liber Mediceus, ſed ὀνομαζόμενος; quaſi notaret non eſſe id

ejus

ejus cognomen, ut vulgo intelligunt, sed utrocunque nomine eundem censeri, & nunc ista, nunc illa appellatione indicari. Certe in v. ὅτι χιλίας ab Harpocratione nostro citatur Κρώβυλος ὁ κωμικὸς, ubi Frisius interpres reddidit *Crobulus*, quum in nostro loco *Crobylus*: unde etiam in Elencho veterum scriptorum exstat diversis locis tum *Crobulus*, tum *Hegesippus Crobylus*. Ne dubita igitur haberi ab imprudentibus egregium Harpocrationem Latinum.

In v. Κτησίου Διὸς locum Menandri non ita distinxi, ut Aldus εἰσιόνθ', ὅπου ἴδω, ut Maussacus εἰσιονθ', ὅπου. ἴδω, ut nuper Frisius εἰσιονθ' ὅπου, ἴδω παρ. Multo minus ut cum hoc novissimo intelligerem *Nunc, quum intrarent in conclave mulierum, vidi parasitum* (agnoscis carcinoma elegantiæ Menandri) sed *Nunc autem in gynæceum ingredientem video parasitum*. At tamen in MS. Mediceo legitur ἰδὼν, quod forsan verius.

In v. Κυθήριος non legit liber Mediceus Κύθηρον, sed Κύθηρος, ut habet quoque Stephanus: ut etiam mox μία τῶν Κυκλάδων νῆσος, non νήσων.

In v. Κύκλοι legitur in editionibus ἀπὸ τοῦ κύκλῳ περιεστάναι & vertitur *in orbem circumsteterint*. Qui quid aliud nisi pleonasmus affatim invenustus, an scilicet ne circumstetisse videantur in oblongum? In v. περίστατοι tamen exponit περὶ ὡς κύκλῳ ἵστανται. Sed longe magis allubescit, quod est in Mediceo παρεστάναι adstitisse sibi invicem orbiculatim, ut quilibet posset inspicere. Sed mirari nequeas, si dixero editores Harpocrationis mihi videri vertiginem passos, adeo ubique illud περὶ inculcarunt. Præter enim quod notavimus jam pag. 27; sic in v. Λίπαρα edunt μία τῶν καλυ-

μθύων Αἰόλου νήσων περὶ τὴν Σικελίαν, ubi circumspecte Frisius *circa*; sed egregie Mediceus liber παρὰ τὴν, perinde ut λεύκτρα χωρίον Βοιώτιον παρὰ Θεσπιάς, ut ab Maussaco edi inceptum admisit etiam Frisius, nec aliter MS. Sic in v. Παρασκήνια solet edi ὁ περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένος τόπος &c. quum egregie in MS. Mediceo exstet ὁ παρὰ τὴν. Utique quum in v. Μάλθη citatur versus Hipponactis, ἔπειτα μάλθῃ τὴν τρόπιν παραχρίουσι, non dubitavit nuperrimus interpretari *carinam malta circumlivit*, si Diis placet; quanquam ibi non sit περιχρίουσι.

Ibidem quis apud editores sit ille jambus Menandri ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη μοι δοκῶ νὴ τοὺς θεοὺς, non sine joco spectes. At jam Is. Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 69 citavit Ἐγὼ μὲν ἤδη.

In v. Κυρεῖον an credimus ita Græce calluisse Maussacum, ut astu scriberet συρραβεβηκὸς, quomodo quidem edidit? Credidit sane Frisius noster, & hinc sancte etiam imitatus fuit. Sed hæc fallax negligentia non debet fraudi esse Harpocrationi, qui quemadmodum scripserit, meliore fide perhibent Aldina editio & MStus Mediceus, quibus hanc editionem applicui: tanto cautius adhærens fidelissimo præstantis illius exemplaris auxilio, quod & Aldus & Maussacus & Frisius mox potuerint quoque consentire in ἐπιστράτευσιν: quod quis tironi indulgeat?

In v. Κυρηβίων legitur ὅτι δὲ ἐπώνυμόν ἐστι, ubi MS. ille ipse non agnoscit adversativam, omnino supervacuam.

In v. Λαγίσκα exhibetur versus Strattidos iste καὶ τὴν Λαγίσκαν Ἰσοκράτους παλλακὴν, ut edidit modo Frisius, quum Maussacus nescio unde daret Λαγίσκαν τὴν,

Aldus

Aldus autem Λαγίσκιον καὶ τὴν, quæ lectio ut in Mediceo exemplari, sic fideliter Aldus videtur expressisse ex suis MSstis, ut de isto vocum ordine dubitari nequeat, & infrunitus sit, qui eum invertere sustinet. Idcirco ut constet versui sua ratio, vide an scripserit Λαγίσκιον αὐτὴν Ἰωνα.

In v. λαμπὰς legitur τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος, quum tamen codex Mediceus retineat λαμπάδας, æque in plurali, quam appositionem egregiam esse opinor. Significat enim ut in festo matris Deum distincti erant varii dies separatis appellationibus, ita ut nominarentur Sanguen, Hilaria, Requietio, Lavatio, ut paret ex Valesianis ad Ammianum Marcellin. lib. XXIII. cap. III; sic & in tribus illis festis fuisse quoque dies solennes, qui ab accensis sine dubio lucernis dicerentur λαμπάδες, idque ex usitatissima loquendi de festis consuetudine, qua etiam Romani dixerunt celebrare ludos Consualia, indice Livio lib. I.

Ibidem edidit recens Frisius ὑμνεῖν τὸν Ἥφαιστον θέοντες, vertitque *currentes Vulcanum laudare*, ut videtur ex Valesii admonitione. Et ambigi nequit, quin apud Græcos festivus ac solennis in cereis & funalibus fuerit cursus, sed eum institutum in honorem Vulcani quis persuadebit? Nota est ejus pedum ineptia ad hanc rem. Porro & Aldus & Maussacus ediderunt θύοντες, quia agnoverunt in codicibus scriptis eam vocem, quæ etiam servatur in codice Mediceo. Sed nec aliter legit Suidas hæc ipsa describens. An plura aut liquidiora fidei pignora petere, imo optare audemus? Cursus cum cereis peragebatur in honorem Minervæ & Promethei; de illis testantur Scriptores, non de

Vul-

Vulcano. Itaque vocem θύοντες adſcivi & ipſe. Etiam MS. Mediceus legit λαμβάνοντες, non λαβόντες.

In v. λαμπτῆρες non fuit concedendum audaciæ nuperæ Friſii editoris, dum contra editionem Aldi ex MStis progreſſam, contra Mauſſacum inſpectorem Codicis Morelliani (licet diſſentiat MStis Mediceus,) reponit λαμπτεῖς: in qua voce diſſederint quantumlibet antea viri docti ſcripturamque mutaverint, nunc in ea hærere nullus debet aut poteſt, poſtquam Sponius duas trans mare Inſcriptiones advexit, ubi literæ πτρ penitus confirmantur; utique in locis auctorum, ubi veteres libri ſimiliter legunt. Sed neque eidem concedendum, quum ſine ulla fide & æquitate tam hîc quam in voce Ῥόπτρον edit Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ, ubi omnis vetuſtas agnoſcit Ἀμφιάρεω.

In v. Λέσχαι citatio Homerica in MS. Mediceo non concipitur Ἠὲ ἐπὶ ἐς λέσχην, ſed Ἠ που ἐς λέσχ. Sicut in v. Λεύκη non Ἠ ε πίτυς, ſed Ἠ ὑπὲ πίτυς.

Vocem λογισμὸς exponit auctor λογιστικὴ τέχνη, nec aliter Latinus noſter *computandi ars*. Sic opinor uſurpat ipſe Harpocration iſtam vocem in v. Ἡμιολιασμὸς, quum dicit ἀντὶ τοῦ τῶν ἡμιολίων ἐν τοῖς λογισμοῖς. Sic Porphyrius de vita Pythagoræ pag. 4. jungit ἀριθμοὺς τε καὶ λογισμοὺς. Et quæſo quis non ſic eo uſus fuit? Habet Henr. Stephanus bene longam ſeriem. An igitur id tanti viſum fuit Harpocrationi, ut brevitati hujus opuſculi id insereret? Immo ex Harpocratione id transſcripſit quoque Suidas, nec in eo aliter vertit Latine Portus. Sed quid? Utique ſi inſpiciantur verba Iſocratis, quæ citat ipſe Suidas, longe omnino aliam illic ſententiam animadvertes reſide-

re.

re. Quid multa? nugacia sunt omnia, & corrigendum λογικὴ τέχνη, ut eximie servavit codex Mediceus. Id patet ex ipso Isocratis illo loco.

In v. Λουτροφόρος editur τὸν ἐχγυτάτω γένους. Sic certe noster Frisius, ut corrigeret Maussacianum τὸν ἐγγυτάτω. Nonne hæc pulchra & convenientia nostræ ætati? At Aldus edidit ἐγγυτάτω, quod testor exstare in MS. Mediceo, ut inde etiam fides Aldi constet pro certo. Harpocration in v. Θῆτες dixit οἱ ἔγγιστα γένους, & in v. Επίδικος, οἱ ἄγχιστα γένους. Id si nunc sic voluit mutare, jure suo utitur, & firma est scriptura ejus. Est autem in Mediceo τὸν ἐγγυτάτω καὶ γένους; forsan pro τὸν ἐγγυτάτω κατὰ γένους. Ut enim istud notum, ita forsan hoc non sine usu. Sed etiam codex iste legit καὶ τῶν ἀγάμων ἀποθανόντων, non τοῖς ἀγάμοις ἀποθανοῦσι.

In v. Λύκειον non bene intelligo, quid venditet Maussacus. Locutus enim fuerit libro XXI Theopompus de Lyceo & Pisistrato: in quibus verbis restat illa sententia *Pisistrato regnante exstructum fuisse*? quas voces ex nota Maussaci sublegit Frisius interpres. An Πεισιστράτου ποιῆσαι habet sensum? Profecto potuit progredi ac debuit ἐν τῇ καὶ Πεισίστρατον ποιῆσαι.

In v. Λυκιουργεῖς sic edi vides ἀντὶ τοῦ προβόλους δύο Λυκοιργίας, nec tamen addi vel particulam οὕτως, ut solet, nisi in expositione; vel quomodo illic scribi censeat. Certe tacent omnes, ut eo magis mirer ac venerer codicem Mediceum, qui cum habeat δύο Λυκοεργίας Λυκιεργίας, id correctum adscivi.

In v. Μακροκέφαλοι non est visum faciendum, ut mutaretur scriptura ab Aldo & Maussaco ex MSstis prodita ἐν τῇ Λιβύῃ, quum sic quoque legeret Mediceus; quam tamen nuper contulerunt in Αἰγύπτῳ, omni-

no sine certa veritate. Unde & vulgatam tueri voluit Luc. Holstenius in Stephanianis ad vocem Αἰγυστινοί.

Vocem Μαλακιζόμεν parum intelligo, unde hauserint editores. Nam quum Harpocration citet locum Demosthenis, in quo ipse allegat μαλακιζόμεθα, sed ita, ut notet in nonnullis libris ibi legi μαλακιόμεν, quis locus jam supererit verbo μαλακιζόμεν? quod non exstare in suis exemplaribus, non in alienis aperte testatur. Accedit, quod MS. Mediceus plane legit Μαλακιόμεν: an non sic quoque exemplaria scripta & Aldi & Morelli habuerunt? Cur dubitem? Illi tamen aliter ediderunt. At ego contra etiam in loco Demosthenis opinor ab Harpocratione illud ζ non fuisse appositum, sed scripsisse μαλακιόμεθα. Non enim aliud vult auctor annotare, nisi in aliis libris passiva forma, in aliis activa concipi. Et id solere annotari ab Harpocratione jam supra observavimus in v. Ἀποδόμενοι. Est vero ingratum ita nos suspendi ab Maussaco in sensu vocum ὅρον φέρειν, quem paucis explicari posse negat, quum perbellus homo, Frisius ille interpres, potuerit interpretari *litis decisionem horrescere*. Videlicet in loco illo Demosthenis vel minimum vestigium est litis? ubi ille violentis incursibus Philippi memoratis incusat Græcos & suos Athenienses πάντα πεσχόντες ἅπαντες μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεθα καὶ πρὸς τοὺς πλησιὸν βλέπομεν ἀπιστοῦντες ἀλλήλοις; Viri docti in libro Goesiano adscripserant ὄρρον. Et quo non aberrat Valesius? Sed videtur auctor id ipsum indicare, quod ipse in v. Ὅρον exponit, nempe lignum in torculari adhibitum: nos cunctamur, nos frigus quoddam occupat veritos verbera & existimantes illi fere jam do-

mino omnium resisti non posse, & hinc si quis aliquid conari ausit, miserrima tormenta exspectare oportere & horrere. In Æschyli dramate quid tentet Maussacus, apparet; etiam quid Valesius, mirifice per hæc agitatus: omnia & incerta & sine venere. Sed & Th. Stanlejus negans se unquam inductum iri hoc nomen fuisse fabulæ Æschyleæ, quod nuspiam nisi in hoc depravatissimo Harpocrationis loco compareat, addit videri ἰλλαδίῳ verbum ἀοιῶδες fragmenti potius quam nomen fabulæ. Quam parum nos vir iste perelegans adjuvat? quam defunctorie hæc attingit? Tu scribe Αἰσχύλος ἐν Λαΐῳ. Hoc nomine fabulam ab Æschylo compositam videbis apud Hesychium in voce Αεράχιν. In illa fabula scripsit Æschylus hæc verba κεχρηότι μαλακίων ποδί. Sic enim scribendum puto.

In v. Μαςῆρες MS. Mediceus non habebat ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τῦ δήμου, sed ἐπὶ τῷ ζητεῖν τὰ κοινὰ τῷ δήμῳ.

In v. Ματρυλεῖον vides citari versum Menandri καταφθαρεῖσθε ἐν ματρυλείῳ τὸν βίον; qui quum appareret vitiosus, ab Maussaco editum fuit καταφθαρεῖσθαι, ab Valesio annotata citatio Suidæ & restitutio Æmilii Porti, quam sequens Frisius exhibuit καταφθαρεὶς ἐν μα. Nec reprehendo. Sed an illuc ducunt codices MSsti? Scilicet nobis licet spernere & negligere, quod veteres libri servaverunt, eo fine, ut quod perditum est perdamus. MS. Mediceus exhibebat καταφθαρῆσθε. Hinc certe colligitur, si de pluribus sermo est, scripsisse Menandrum οὐκ οἰμώξετε, καταφθαρήσεσθε ἐν ματρυλ. ut judicabant in codice Goesiano viri docti vel ῆσθε.

In v. Μεθώνη an placet hoc laboris exemplum, ut Maussacus quum satagerit ostendisse ab hoc Demetrio

ſcriptum aliquid περὶ συνωνύμων πόλεων, ipſe edi curet ἐν τοῖς συνωνύμοις πόλεσι; & hoc ut egregium (nec enim temere contigit) ſequatur Friſia? Idque quum Aldus edidiſſet ἐν ταῖς συνωνύμοις πόλεσι, quomodo etiam legitur in MS. Mediceo: tanto omnia indecentius, quod poſt notam Mauſſaci fuimus jam beati & inſtructi clariore opera Ionſii in lib. II cap. 17 hiſtoriæ philoſophicæ. Quo magis Friſicam fœditatem deteſteris, cernes in ipſo etiam Elencho veterum ſcriptorum DEMETRIUS MAGNES ἐν τοῖς συνωνύμοις πόλεσι.

In v. Μεῖον, quum in diſtinguendo fluctuantibus ante viris doctis, nuperus ſuſtineret hinc edere θῦμα δ' ἐστὶν & παρέστη, quum editi & ſcripti retinerent παρέστησι, opinor leniſſima ratione me ſatisfeciſſe Harpocrationi & veritati. Sed & infra habebat MS. Mediceus Μειαγωγὸς ὁ εἰσάγων etiam ſine adverſativa, quam editiones inculcant. Præterea ἱστάναι δεῖν, non δεῖ, innuens vel ipſos, qui clamarent, infinitivo uſos; vel ſe ſcripſiſſe ex ſua perſona, quemadmodum illi φράτερες ἐφώνουν δεῖν ἱστάναι. Major moleſtia eſt in verſiculis Eupolidis, ubi noviſſimus ex Friſia concinnat Δύναιτ' ἂν μὲν, ὥσπερ Μειαγωγὸς ἑστιῶν, interpoſita vocula μὲν, quæ non in editis, non in ſcriptis antiquis exſtat: ſed ut trivialem in modum ab homine prorſus puero in ſtudiis pes verſiculi, ut ſtare poſſet, fulciretur, ineptam hanc ſpiſſationem immiſſam agnoſce. Itaque quum videatur nunc poëta jambis uſus, leniſſime ſuccurrens edidi Δύναιτ' ἄν, ὥσπερ. Poſſis etiam δύναιτ' ἄν.

In v. Μελίνη ex Herodoto non allegat MS. Mediceus ἀντίσορνις μελίνην, ſed μελίνης, quod proculdu-

bio

bio doctius, & cura Herodoti dignissimum. Sed etiam præcedentia idem sic legebat Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ μνήμῳ πελίνης; ut deinde ὄστρεια πάντα καὶ μέλινα ex Xenophonte adducebat, non μελίνη.

In v. Μετοίκιον, quamvis mox loquatur Harpocration de eo, qui μέτοικος sit, tamen in MSto Mediceo postea non legitur ἐδίδοντο ὑπ' αὐτοῦ, ut quidem edunt, sed αὐτῶν. Et sic solet Harpocration nonnunquam variare numerum.

In eadem voce dicit Harpocration etiam σκαφέας appellatos fuisse τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι, nec dubitat interpretari noster, *quia in pompis ligones ferebant*. At quanto lenior & modestior Henr. Stephanus? *Qua autem significatione* σκάφη *ibi accipiatur, nemo aperit*. Et quæso, quò ligonem in pompis? Credo ut scrobem effoderent ad obruendas omnes Frisici interpretis ineptias. Quasi σκάφη non simpliciter intelligi posset vas aliquod ad formam scaphæ ad denotandam vel originem navigationis vel inventionem vel utilitatem; unde Martiano Capellæ *scaphia dicuntur rotunda ex ære vasa, in horologiis*.

In v. Μόθων explicanda posteriorem rationem sic profert auctor, ἢ ἀπὸ Μόθωνός τινος αἰσχρὰ ποιοῦντος, καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς πότοις ὀρχουμένου, ubi MS. Mediceus auget καὶ ἀεὶ καὶ ἐν τοῖς &c. Sequitur ἢ ἀντὶ τοῦ ἀνόητος, ut ego ex Aldina editione & optimo MS. restitui, quum Maussacus ederet ἀνοήτους, quod non modo sequitur postrema editio, sed etiam violentissima transpositione Harpocrationem & fidem violat. Omnia enim temeraria. Quippe redit ad expositionem vocis in principio positæ Μόθων, quam aliis modis exposuerat.

 In

In v. Μόλπις legitur οἱ δ' ἄρα μετὰ τοὺς τριάκοντα δέκα ἄρχοντες. Certe an quisquam illos decem tyrannos dignaturus fuerit honesta & diu commoda urbi appellatione Archontum, merito dubites. Certe quanquam id adfirment omnes editiones Harpocrationis, attamen codex Mediceus legit δέκα ἄνδρες, nec aliter in v. Δέκα de iis loquebatur auctor περὶ τῶν μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τριάκοντα Ἀθήνῃσι χειροτονηθέντων ἀνδρῶν δέκα. Et alioqui interdum hanc ipsam vocem addit, ubi solitus sæpe est omittere, ut in v. Πωληταὶ, δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες.

In v. Μόρων ediderant cum Aldo Maussacus ὡς εἰσὶ μοῖραι ὠνομασμέναι. Id non placuit editori postremo. Unde quanquam Maussacus notavisset quosdam cod. habere ὡς εἰσὶ μοῖραι ϛ΄ ὠνομασμ. iste tamen pro sua & auctoritate & doctrina edidit μοῖραι πέντε ὠνομ. sic eligens sibi, sic offerens aliis, quod rapuerat ex Meursio lib. 1. Attic. lect. cap. 16, ubi etiam quod Maussacus de quibusdam codicibus memorat, is ad Vaticanum codicem constringit. Cæterum ostendit illic quidem Meursius fuisse quinque moras, sed in loco Harpocrationis nostri, quem tractamus, ipse se turbat, dum primo ait se illic rescribere μόραι ε΄. At mox cum Xenophonte committens Harpocrationem, plane in hoc citat ὡς εἰσὶ μοῖραι ἓξ ὠνομασμέναι, quot etiam certo respectu fuisse docet. Immo MS. Mediceus egregie & palam præfert μοῖρα ἐξωνομασμένα, in aberratione scribæ planissima veritatis vestigia. Tum deinde non legit codex Mediceus καὶ διῄρηνται εἰς τὰς μοίρας, sed διῄρηνται ἢ εἰς τὰς &c.

In v. Μουνυχία locus est spectatæ quidem & satis cognitæ, sed desperatæ pravitatis in his verbis χωρὶ Μου-

νύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανταχλέους, ut quidem fideliter editio Frisii nostri expressit Aldinam, nec hæsitat interpretatio *Pantaclis filio*; quum Maussacus, non solitus temere ab Aldo discedere, exhibuisset τοῦ Παντό-κλέους, non addita ulla ratione, nec prodito, quid in MSS. libris reperisset. Jo. Meursius nunquam solitus præterire verba Harpocrationis, in libro III de Reg. Athen. cap. 8 maluit venditare se legisse verba Ulpiani in orationem Demosthenis de Corona, quam advocare nostrum Harpocrationem, à quo indicium loci Demosthenis acceperat, quod solet esse ejus artificium, quum hæret. Nihilominus post edita Ulpiani verba annectit Munychi regis, à quo dicta sit Munychia, meminisse item inter reliquos Harpocrationem, verum Pantaclis filium dici, non Demophontis. Quæ quid aliud quam ostendunt meram evadendi inopiam? In capite IX libelli de Piræeo iterum colligit de hoc loco & tam Stephanum quam Suidam citat, Harpocratione uno omisso, & Pantaclis filio ex Suida rursum ostentato. Valesius præter eandem Ulpiani citationem huc nihil confert, & quis Etymologum aut Suidam hinc non inspexit? quorum hic stat ab Maussaco, alter ab Aldo. Et quæso, an rex tam laudati nominis debebit famam quærere ab tali patre prorsus ignotissimo? In MS. Mediceo legitur τοῦ Πυνταχλέους, certissimo indicio in alterutra duarum in principio syllabarum literam s exstare debere, & recte edidisse Maussacum; sed non ut sit nomen proprium, verum commune, & auctorem intelligere τοῦ παντάκλεοῦς, celeberrimi & perillustris regis. Et hac igitur composita voce linguæ Græcæ fragmenta inter nos auge.

In

rI

In v. Μυλωθρὸς leguntur ex emendatione Maussaci hæ voces, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους πολλάκις· ἔστι δὲ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς πολὺ τοὔνομα, insigni prorsus specie, nec minus probabili ratiocinatione eam muniens, quum & Dinarchum & Demosthenem auctores ejus præbeat: ac vulgata sane claudicent apud Aldum Δείναρχος ἐν τῷ Καλλισθένους πολλάκις &c. Sed tamen non si & apud Dinarchum & apud Demosthenem & apud plures etiam exstet ista vox, ideo utique supponi debet illos potissimum fuisse, quos respexerit Harpocration, quum ipse testetur in vulgata lectione apud comicos frequentem ejus fuisse usum. Ne plura loquar; præstatne hanc Maussaci supplectionem mutatione adsciscere, an sequi MStum Mediceum? Hic vero ista omnia paucioribus his mutat vel magis ornate profert ita; ἔστι καὶ τοὔνομα παρὰ Καλλισθένει καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς πολλάκις. Hæc certe tota sunt ad gustum & morem Harpocrationis. Imo etiam Callisthenes hic similiter producitur in voce non multum abludente ab hoc pistrini domino in v. Ἀναγκαῖον, ut talem quandam materiam ab eo alicubi tractatam fuisse inde confirmemur. In voce Ὀμοῦ, ἔστι δὲ πολὺ παρ' Ἀττικοῖς.

In v. Μύρμοι MS. Mediceus legit non modo διείλεκται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀριστοτέλης, sed etiam repetita copula διείλεκται δὲ καὶ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀρις. Et cur spernunt, quum non ambigam sic exstare etiam in MSstis aliis?

In v. Μυσῶν λείαν miror sane in exemplaribus, quæ publicata sunt, Demonem citari ἐν τεσσαρακοστῇ περὶ παροιμιῶν, ita ut debuerint hæc volumina ad magnum numerum ascendisse, quum in optimo MS. tantum exstet ἐν πρώτῳ περὶ παρ.

In v. Ναῒς non prætereiit Mauſſacus unicam mentionem Athenæi in hoc ſcripto, quam accipio; ſed tamen ne hæc quidem relinquitur illi; ſi audimus codicem Mediceum, qui neſcio quid hîc paſſus, ſolummodo ſcribit, χαπλέον ἦν διὰ τοῦ ν διὰ τὴν Φιλωνίδην.

In v. Ναυκραρικὰ ſcribit Harpocration dubitari poſſe, an quum ſic legatur apud Demoſthenem, eadem non melius legantur in codicibus legum rerumque Atticarum, ubi videatur de iiſdem ſermo eſſe, ναυκρατικὰ, ut quidem manifeſte habet codex Mediceus, quum Aldus dediſſet Ναυκρατητικά; quod retinente Mauſſaco poſtremus, tinniens opinor aliquid tenuius, mutavit in Ναυκρατιτικά. Sed adhæſi codici Mediceo, quod ſyllabæ ſic æquentur, tum quod ναυκρατητικὰ hinc ſint aliena, & iſta Friſiaca πη non ſint titivillitio digna. Neque enim quia ſit Naucratica navis, nec quia Naucratitæ in ea vehant, ideo quæ ad talem cauſam ſpectant, non tam bene Naucratica appellari queunt, quam Naucratitica. Et unde illa habet? Niſi opera exſtaret appareretque, nunquam opinarer Henr. Stephanum eo progreſſurum, ut ſcriberet Harpocrationem deducere Ναυκρατητικὰ ab Ναύκρατις, quia ſic corrupte videbat ab Aldo editum.

In v. Νάννιον citatur inter Sophoclis verſus is quoque Θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα, ut primus edidit Mauſſacus, cui obediunt poſteri (& quidni? eſt enim emendatio Caſauboni) quum Aldus dediſſet Θαλλὸν χιλίαις προσφέρων νεόπαιδα, quibus ad literam conſentit codex Mediceus & ut opinor, vetera exemplaria omnia. Unam igitur Caſaubonus &

reliqui illi ſupponunt capram iſti qui loquens inducitur paſtori fuiſſe, quum antiqua ſcriptura ſubindicet plures. In quo utinam conſtaret nobis ſententia Sophoclis ac τὸ πρέπον τοῦ δράματος? Nam ex eo quod præbent MSſti videtur faciendum θαλλὸν χιλοῦ αἰξὶ προσφέρων, tanto probabilius, quod ipſe Harpocration περὶ αἰγῶν id teſtetur, non περὶ χιμαιρῶν.

In v. Ναυτοδίκαι ſcribit Harpocration velut ex Cratero decretum, ἐὰν δέ τις μὴ ἐξ ἀμφοῖν γονεῖν γεγονὼς φρατρίζῃ, διώκειν δεῖ τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων &c. Sic jam conſpurcatus oberrat Harpocration immiſſo per Mauſſacum verbo δεῖ, quod non ipſe in Morelli vel Vaticano libro inventum ſibi gratulatur, non etiam cognovit Aldus. Quid autem? an διώκειν δεῖ interpretabimur *jus fuit perſequi?* Nempe quum Græca ſint ſcripta in Græcia ritu illo obtinente, Latina apud Friſios longo tempore poſt quum omnia exoleviſſent, quis neget cautiſſime agere talem Friſium? Sed qua veritate Græcæ linguæ interpres dicitur, qui δεῖ Friſiis interpretatur *jus fuit?* Habeant ſibi talia. Nos remittimus falſum in Galliam, & ex Italia verum affectamus offerente libro Mediceo διώκειν εἶναι τῷ βουλομένῳ. Egregie profecto. Εἶναι enim eſt ἐξεῖναι, & ſic placitum Harpocrationi, ut patuit ex verbo Αναθεῖναι. Infinitivus autem ad talia placuit vel formulariis Atticorum dogmatum, vel ipſi Harpocrationi, ut colligere licet ex v. Μύρτις. ἰδεῖν ἦν, εἰ γραφικά ἐστι ἁμαρτήματα. Vide etiam in Ἀττικοῖς γράμμασι. Porro ille ipſe codex quoque habet, ut ediderat Aldus, ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν γεγονὼς, quod certe rectum eſt.

Νεῶσι. Dedi id exemplari Mediceo, ut ſic ederem,

Digitized by Google

rem, quum in eo legeretur νεῶοι. Nam Νεῶσιν quomodo scriptum nuper sit, nescio. Νεώη Aldi & Maussaci patet corruptum esse.

In v. Ξυσὶς edidi Αριστοφάνης νεφέλαις, ratus hanc proximam emendationis viam ad Harpocrationis manum fore, quum Aldus & Maussacus ἐν φιάλαις, quod viri docti viderunt corruptum esse, docueruntque scribendum, ἐν νεφέλαις, prout statim obsecutus est editor postremus. MS. Mediceus habuit ἐν φυάλαις. Has duas voces exstitisse opinor ex una vera voce νεφέλαις inversione literarum, ut patet, facili; præsertim quum & in v. φελλέα citetur Αριστοφάνης Νεφέλαις.

In v. οἴηθεν ediderunt Aldus & Maussacus οἴηθεν ἢ ἐν πόντῳ δηρίῤῥημα proculdubio ex fide veterum codicum, quos consuluerunt. Sed eos parvi æstimans editor nuperus dedit ἐκ πόντου, tanto audentior, quod in v. οἴον, atque item Παλληνεῦς ita auctor reliquerit. Sed MS. Mediceus testatur aliter scripsisse, n. ἀπὸ πόντου, quod ut verissimum adscivi.

In v. οἰκέως servavi loca distinctionum, prout digessit Maussacus, quum Aldus inde abiisset ad hunc modum ὥσπερ τὸ ὄνομα. Φησὶ τὸ ἢ οἰκέως, θερ. Quodcunque sit, non suspicabar fore ut quisquam sic intelligeret, prout ostendit se intellexisse interpres. *Lysias hanc vocem velut explicando interpretatur*, τὸ ἢ οἰκέως, θεράποντος, *famuli.* Quid enim est, aut ubi dicitur *velut explicando interpretari?* Quid autem volunt posteriora? An τὸ ἢ οἰκέως notat *famuli?* Miserum foret hoc scriptum Harpocrationis, si non aliter nec mollius posset intelligi. Distingui enim oportet, ἐξηγούμενος ὥσπερ τὸ ὄνομα φησὶ τόδε, οἰκέως θεράποντος,

 ex-

Digitized by Google

explicans velut vocem istam sic dicit, οἰκέως θεράποντι. Hæc duo sunt vocabula Lysiæ, quæ junxit, & quia junxit, dicitur propterea Harpocrationi explicare quodammodo, quia satis clare ex ista junctura colligimus quid dicatur; quod non ita potuisset fieri, si solum οἰκέως usurpasset; nunc patet ab illo dici, *vernæ servi*. Quo nihil esse certius docebunt Valesiana, si adhibeas.

In v. Οἰκίσκῳ MS. Mediceus non habet μικρῷ κατοίκῳ, quod adhuc videtur nimium esse ad significationem, quum ad Grammaticam formationem optime satisfaciat; sed μικρῷ τινι οἰκήματι. Sic μικρὰ δοκίδια in v. Στρωτῆρ.

In v. Οἰνόη egregiam viri docti præstiterunt operam Harpocrationi vel Maussacus, dum non modo venditat se ita correxisse Οἰνόη ἡ μὲν δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος πρὸς Ἐλευθέραις, ἡ δὲ τῆς Αἰαντίδος πρὸς Μαραθῶνι, sed sine anxietate ulla contextum ipsum sic explanat & densat, non cunctante editore ab Frisia vel in Græcis sequi, vel in Latinis fideliter exhibere *Unus ad Eleutheras*. At quæ fides, quæ ratio aut dignitas illarum vocum ἡ μὲν, quæ in nullo exstant scripto exemplari? Scilicet Græci per quandam relationem sæpe componunt ἡ μὲν, ἡ δὲ: an igitur propterea istud ἡ δὲ si solum ponatur, sine sensu, sine usu Græci sermonis erit? An in v. Σαβοῖ non scribit auctor οἱ μὲν Σαβοὺς λέγεσθαι &c. & tamen non sequuntur οἱ δὲ? Porro an sententia non est consummatissima? *Oenoe, populus Hippothoontidis tribus, prope Eleutheras: altera autem Æantidis prope Marathonem.* Itaque illas suppostitias voces aut expelli oportuit, aut hactenus saltem notari, ut non crederentur pro Harpocrationeis, quod feci. Cavendum interea est ab lectione Sponii

in

Digitized by Google

in itinerario, de populis Atticæ ſcribentis: *Oenoé de la Tribu Ajantide vers les limites de l' Attique & de la Beoce, proche des Eleutheriens.* Item *Oenoé de la Tribu Hippothoontide proche de Marathon.* O quantâ cum ſedulitate iſthæc ſcribuntur!

In v. οἷον non legitur in MS. Mediceo μηδαμῶς ἀοίκητον τόπον, ſed pro ſecunda voce ἄκιςον.

In v. οἷός εἰ etiam in MS. eodem non exſtat βούλει καὶ προῄρησαι, ſed βούλεσθαι καὶ προαιρεῖσθαι.

In v. ὁμηρεύσαντες volunt editiones hæc eſſe Harpocrationis verba, ἐπὶ τῶν ἀναπεμφθέντων Λακεδαιμονίων ὁμήρους Ἀλεξάνδρῳ. Sic enim conſenſu edunt Aldus, Maſſacus & nuperus, qui nec omiſit vertere *de octo Lacedæmoniorum obſidibus ad Alexandrum miſſis.* Et quare igitur non etiam emendavit ὁμήρων? prout in Goeſiano libro notaverant viri docti. Poſt quos unus ille eximius Valeſius videtur adhæſiſſe, unde notavit vocem ὁμήρους in Photio deeſſe. Sed non licet ſic graſſari in Harpocratione, quem nullus ambigo ſcripſiſſe ὁμηρεῦσαι Ἀλεξ.

Ibidem ſequitur Κλείταρχος δέ φησιν ἐν τῇ πέμπτῃ περὶ τοὺς δοθέντας παρὰ τ. Λακεδαιμονίων ὁμήρους; nec aliter interpres noſter *Clitarchus autem in quinto, obſides à Lacedæmoniis datos fuiſſe teſtatur.* An ſic pro teſtimonio allegari Clitarchus debuit? Quis unus dubitavit? An non affirmata ſatis fide id modo adſeveravit ipſe noſter Harpocration? Omnino futilis eſt hæc citatio? Sed majus quid latet. Nam quis non neſcio quid ſuſpicatur, quum videt ab Mauſſaco huc inferri iſtas voces ἦσαν δ' ή? ad quam rem nihil prætexit, niſi defuiſſe hæc in præcedentibus editionibus, addito, *quæ a nobis ſuppleta fuere beneficio Cod. bonæ notæ.*

 Cre-

Credimusne? multi certe codices sunt bonæ notæ; nec tamen illi aut Manuscripti aut Harpocrationes. Alterutrum fuisse hos nunquam credam, multo minus fuisse aut Morelli aut Vaticanum codicem, quo utroque ille se jactat. Non enim exstant illa verba in bonæ notæ antiquis codicibus. Sed ipse cum reliquo grege corruperunt Harpocrationem, qui aliter in hac parte fuerat administrandus. Nam MS. Mediceus habet ἐν τῇ πέμπτῃ ἐν ᾗ τοὺς δοθέντας. Unde Aldus excogitavit istud τῇ, quod non sufficit. Nam restituendum fuit Κλείταρχος δέ φησιν ἐν τῇ πέμπτῃ ἢ τῇ τοὺς δοθέντας &c. Sic integrata est historia simul & narratio Clitarchi huc conveniens. Præterea quum edunt Maussacus & Frisius ἐπὶ συμβιβάσει διδόμενα, edunt voces Maussacus suas, Frisius alienas. Nam Maussacus non monito lectore sic edidit, quum Aldus dedisset συμβάσει, quomodo plane legitur in MS. Mediceo. Hesychius in v. ὅμηρα scripsit, si modo ipse, ἐπὶ συμβιβάσει, unde id placuisse videtur Maussaco, sed in v. Ἐμμήρους & Ἐμπήρους habet ἐπὶ συμβάσει, quod quum ex testimonio Aldi & MSti Medicei scirem fuisse Harpocrationis, merito prætuli.

In v. Ὁμηρίδαι citatur primus Ἰσοκράτης Ἑλένῃ. At viri docti in codice Goesiano configentes obelo tres priores literas judicabant citari Κράτης Ἑλένῃ; quum ipse mox Harpocration Cratetem per Seleucum aggrediatur & refellat. Neque vero potui adsequi, cur quum Aldus, Maussacus, MSsti libri exhibeant rectissime ὅπερ Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῃ, Ἑλλάνικος ἐν τῇ Α. ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὀνομάσθαι, nuper Frisius sic ediderit, sic distinxerit ὥσπερ Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῃ. Ἑλλάνικος ἐν τῇ Α. ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὀνομάσθαι, additis Latinis

ut Acusilaus libro tertio. Hellanicus in A. ab Homero nomen habuisse scribit; quum omnia optime procedant *quod Acusilaus libro tertio, Hellanicus in A. ab poeta nominatum fuisse scribit*. Uterque enim iste auctor eadem probat.

In v. Ονήτωρ non male legitur τ̃ χορηγησάντων ἦν εἷς, quum sæpius ita occurrat in Harpocratione. Sed quum MS. Mediceus particulâ postremâ deficiatur, non opinor etiam hic adhibitam fuisse, non magis quam in v. Πεδάριτος, ubi edunt ἁρμοστὴς ἀνὴρ, εἷς τ̃ γεγονότων καλῶν, ubi quum non exstet in MS. scias velle Harpocrationem, ut edatur ἀνὴρ τ̃ γεγονότων καλῶν, tanto certius, quod neque in Aldina editione reperiatur. In v. Μόλπις habes Μόλπις ὁ τ̃ ἐν Πειραιεῖ. Item in v. Μοιροκλῆς, Σαλαμίνιος τ̃ οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων. In v. Ιερώνυμος, ὅτι δ᾽ οὗτος ἦν τ̃ Μακεδονιζόντων. In v. Ευθίας, τ̃ ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Ευθίας.

In v. Ο'ξυθύμια divinas Valesii restitutiones omnino appetivi ad ornandum Harpocrationem in illis pessime antea corruptis φησὶν Εκαταῖος περὶ, atque etiam in versibus Eupolidis, ne quem dici ab eo putemus tropæum urbis, aut cremari aliquem urbis tropæum circumstridentem, quæ ab demente & excorde interprete proficisci possunt, non ab homine.

In v. Ο'τι διαμαρτάνει, maluerunt viri insignes astu & de industria aberrare, quam emendate auctorem præbere. Nam & Aldus edidit λέγων Πλαταιαῖς μεγάφθος, & Maussacus cum Frisio Πλαταιαῖς, nescio quam gratiam inde sperantes. Itaque aliter & opinor recte converti cum Valesio literas. In Goesiano libro adscripserant Πλαταιεῦς, quod maxime secta-

sectatur Aldinam. Rem ipsam tangit Meursius lib. 1. Athen. Attic. cap. 5, & contra Harpocrationem Demostheni patrocinatur.

In v. Ὅτι νόμος verba legis ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γινόμενον χορηγεῖν παισὶν, uti nescio quemadmodum aliis intelligantur, sic nostro Latino interpreti plane non intellecta fuisse manifestat ipsius versio, *ut pueris choragi annum ætatis* XL *excesserint*. Quod enim monstrum in illis est, quos vocat pueris choragos? aut quo sensu hæc apprehendentur? Nimirum tribus Atticæ divisæ erant in ἄνδρας & παῖδας: ita in ludis & agonibus sacris distinctæ certabant, quum singulis adessent tibicines, compositores & auctores dramatum, etiam choragi, etiam præsides. Id docent inscriptiones apud Sponium Itiner. pag. 338, quas non bene interpretatur.

In v. Ὅτι ξένους, legitur vulgo ἔν τινι τῶν πρὸς Φιλίππου ἐπιστολῶν. Sic omnes tres editionum præsides. Ergo venerunt hæ ab Philippo epistolæ. & tamen noster interpretatur *ad Philippum*, quales omnino innuit auctor. Scripsi igitur πρὸς Φίλιππον, ut plane legitur in MS. Mediceo.

In v. Ὅτι οἱ ἁλόντες nequeo tacere pro verbis ἐξουσίαν εἶχον legi in optimo codice Mediceo φρόντισμα εἶχον.

In v. Ουσίας δίκη non legitur in MSto Mediceo περὶ τῆς ἐπὶ τούτων, sed τούτοις, ut τὸ ἐπὶ πᾶσι θυόμενον in v. Ἐπιπλεῖον.

In v. Παιανιεῖς, ediderant Aldus cum Maussaco Παιανιέαν καθύπερθεν καὶ Παιανιέαν ὑπένερθεν. quam appellationem non digerens nuperus interpres mutavit ita, ut bis exhiberet Παιανιᾶν, quum Valesius bis in exem-

exemplari suo emendasset Παιανιέων. Quæ omnia quum sint τρία κάππα κάκιστα (nam cur Valesius putavit auctorem dicturum fuisse ὡς Παιανιέων & non retenturum accusativum quem debebat? priores autem quum sic publicarent, non metuo suspicari abiisse ab lectione MSStorum, quam ante oculos habebant, sed non bene perspecta ejus gratia) tum intolerabilis est ferocia medii nugatoris, qui ex Meursio talem Παιανιδῶν geminam infert reipublicæ literariæ, qualem nullam in Attica cognovit Harpocration. Hic enim dum scribit mox, ὁμοίως δὲ ἑκατέρου τῶν δήμων τὸν δημότην καλεῖσθαί φησι Παιανιέα, *similiter autem utriusque demi demoten vocari ait Pæaniea*, perspicue significat demoten non alio appellatum fuisse vocabulo, quam quo ipse demus. Unde adeo sequitur etiam demum ipsum ab Harpocratione supponi appellatum Παιανιεῖς, exemplo satis frequenti in his Atticæ demis, ut valide opinor probavisse supra ad vocem Ἁλαιεῖς. Itaque quum id sit, quod voluerat auctor, tum vide liquam sancte sententiam & manum ejus servaverit liber Mediceus, edens Παιανιέα καθύπερθεν, καὶ Παιανιέα ὑπένερθεν, prout omnino edi nunc oportuerat.

In v. Πάνακτος citatur Εὐελπίδης ἐν Αἰγίδι, qui titulus nuspiam præterea sic citatus, præsertim incurrit in oculos Andr. Schotti & Maussaci, ut uterque inclamaret de restituendo Αἰγεῖ. Sed propius ad antiquas literas erit, si reponamus ἐν Αὐλίδι, ut intelligatur Iphigenia in Aulide.

Vocem παραβάλλοιτο sic expresserunt omnes editi, quum tamen ex interpretatione Harpocrationis pateat manifeste eum non ita scripsisse: potuerat enim quoque apponere παρατίμνοιτο. Sed vides aliter

ab eo actum, & MS. Mediceus non agnoscit nisi unum λ, quo debui commoveri.

In v. Πάραλ☉ solet edi διαπεμπομένων τριηρῶν, at in voce ταμίαι mutata distinctione τριήρων. Sic omnes tres editiones concordes, nescio cur. MS. Mediceus hîc habet τριήρων. quæ terminatio perinde fuit Harpocrationis, ac υἱέων in v. Στεφανηφόρ☉.

In v. Παρασκήνια non legitur in MS. Mediceo ὁ περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένο☉ τόπ☉, sed παρὰ, quo rectissime usus fuit auctor ad explicationem.

Vocem Παραφρυκτωρεῖν, quare supponamus expositam fuisse ab Harpocratione τοῖς φρυκτοῖς κεχρῆσθαι, ut habent tres editiones omnes, causam nullam video. Sed neque quid adegerit editores, ut voluerint ab Harpocratione præsens per præteritum explicari, colligo. Certe MS. Mediceus habet τοῖς φρυκτοῖς χρῆσθαι.

In v. Παρεγγύησι liber Mediceus non habet μεταλαβεῖν, sed simplex λαβεῖν, & mox διδόναι pro vulgato δοῦναι.

Vocem Πασίνες reposui ut ediderat Aldus, quam sine ulla venia mutavit Maussacus, tanto improbior, quod in notis etiam imputet. Quem igitur existimat illum Πασῖνον exstitisse? Ego enim penitus persuadeor ignoratum illi perinde ac sequenti eum Frisio fuisse. Nam cur non ex Æginetica Isocratis eum ostentant? Certe Valesii acutissimum ingenium hîc cessasse miror. Sunt enim verba desperata in ista Isocratis oratione, ut vulgo eduntur, Καὶ περὶ μὲν τῶν παλαιῶν πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. * ὅτι ἢ πᾶσιν, ὡς πικρῶν κατέλαβεν, ἔτυχεν αὐτοῖς ἀποκείμενα τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας παρὰ τοῖς ξένοις τοῖς ἐμοῖς; interpretantur autem, *Quum autem omnibus quos*

*quos deprehenderat * maximam partem opum clam ad hospites meos deportarunt.* Nec sufficientibus asteriscis ponitur ad marginem; *Desunt nonnulla.* Profecto omnia insulsissima, & utique in H. Stephano non toleranda, qui quum ex Harpocratione selegerit citationes Isocrateas, hanc unam neglexit, quæ vel præcipua animadverti debebat. Vides, nisi fallor, jam ipse, quam præclare ex bona Aldi fide & in Harpocratione legatur Πασίνυς, & quam molliter ex Harpocrationis indicio nunc restituatur Isocrates, in quo omnia sunt integerrima & percommoda: Καὶ περὶ μὲν τῶν παλαιῶν πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Ὅτι δὲ Πασίνυς περῶν κατέλαβεν, ἔτυχεν &c. *Quum vero Pasinus accedens occupavit.*

In v. Πενέσαι judicavi intolerabilem veri negligentiam in editione Maussaci (neque enim ullo genere crediderim ab eo profectam) quam tamen sequitur Frisius, ut exhibeant ὥσπερ Λακεδαιμονίοις Εἵλωτες, omissa vocula παρὰ, quam notavit quoque Valesius. tum φησι περί τινος, ubi & Aldus & MS. Mediceus habent, quod recepi.

In v. Περίπολος non legit MS. Mediceus περὶ τῶν ἐφήβων λέγων φησὶν οὕτως. τὸν δεῖνα. sed λέγων φησίν. ὅπως τὸν δεῖνα. Etiam mox ille codex retinet ἐπεμνήσθη.

In v. Περίστασιν horrida mutatione circumvenit Harpocrationem postremus editor, quum verba Dinarchi sic citat Μετὰ ταῦτα δὲ Δάμωνος ἤδη περὶ ἀναγωγὴν ὄντος, ἐμὲ περίστασιν ποιήσουσιν, cum versione, *cum Damon portu solveret, me circundederunt*; mirifica futuri ποιήσουσιν contemplatione, quum & Aldus & Maussacus dedissent περὶ ἀναγωγὴν ὄντα με, περίστασιν ποιήσουσιν. Quod non intelligo, quis furor jubeat sic

verſare, quum recta ſint omnia, modo diſtinguas: Μετὰ ταῦτα τοῦ Δάμωνος, ἤδη περὶ ἀναγωγὴν ὄντα με περ. *poſt hæc facta Damonis, me qui jam ſoluturus eram circumdabunt*. Itaque id ut fideliſſimum repoſui, niſi quod videatur fuiſſe ποιήσωσιν, quoniam infra exponit περίστατόν με ἐποίησαν. Mox habet MS. Mediceus οἷς καὶ μαρτυρ. non οὗ. Sequentia conſideravit etiam Salmaſius in Fœnore trapezitico pag. 252, ſed tamen miror, qui non meminerit aut noluerit meminiſſe Appendicis Mauſſacianæ, omnia optime explanantis, cui auctor præfixerat ipſum Salmaſii nomen. Idem quoque codex MS. ignorat deinde voces ἀντὶ τοῦ περιέστασιν.

In v. Περιστιχίζεται MS. Mediceus legit ὀρθὰ ξύλα περιιστᾶσιν, non ſimpliciter ἱστᾶσιν.

In v. Περίστιχοι idem legebat μή ποτε δὲ περιστίχους; ubi vulgo adverſativa omittitur.

In v. Περιφορητῶν itidem habet τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον, non τὸν ὀφθαλμόν; & mox ἐπ' ἀνθρώπων, non ἀνθρώπου.

In v. Πινάκιον locus eſt male ſanus. Nam quæſo quid ſtultitiæ non fovet interpres Latinus, quum ad voces Demoſthenis *parvam, Athenienſes, parvam tabellam*, adnectit *hæc omnia forte notant tabellam* &c. Quæ illa omnia ſunt? certe unum modo aliquid citatur ex Demoſthene. Nihilominus quod negari nequit, ad amuſſim interpretatur Græcas voces, ſed ſatis nugaces, etſi ab Aldo profectas ita & ſervatas ab Mauſſaco. Videntur male diſtinguere, quod ita fieri oportebat. Μικρὸν, ὦ Ἀθηναῖοι (nam vocem ἄνδρες non agnoſcit liber Mediceus) μικρὸν πινάκιον πάντα τὰ ἐνταῦθα. Hæc ſunt verba Demoſthenis

ſigni-

significantis omnia pendere ex parva tabella. Quam mentem ejus percipiens Harpocration subjicit. Τυχὸν πινάκιον λέγ. &c. *Fortassis tabellam dicit* &c.

In v. Ποδοστράβη detestatus fui violentiam Frisici editoris ita trajicientis & simul quoque mutantis verba Διείλεκται δὲ Ξενοφῶν περὶ τῆς κατασκευῆς καὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν ἐν τῷ κυνηγετικῷ, quum MSSti & editi ante eum habeant περὶ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν, ἐν τῷ περὶ κυνηγετικῶν καὶ τῆς χρήσεως. Ac licet id prima fronte videatur mollius procedere, tamen prima ratio Harpocrationis habenda est, cujus manum docent MSsti: quorum fides hîc tanto certior, quia ex interrupto nonnunquam videtur quædam annexuisse auctor, ut in v. Στρεπτοὺς, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· πλακοῦντος εἶδός ἐστιν οἱ στρεπτοὶ, ὡς καὶ παρ' ἑτέροις. Utique hæc postrema commode potuissent sequi citationem Demosthenis. Illa vero ἐν τῷ περὶ κυνηγετικῶν non est nostri juris, non auctoritatis vel tangere, quum sic affirment veteres libri.

In v. Πομπείας non legit MS. Mediceus ἡ μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς, sed μεταφέρει δὲ ἀπὸ τῶν ἐν Διονυσιακαῖς.

In v. Προβαλλομένους verba Demosthenis τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας προβεβλημένην καὶ ἄπιστον interpretari creditur Harpocration ἐλαφρῶς ἔχουσαν καὶ φυλαττομένην; quæ postrema sic intelligit Latinus è Frisia interpres *leve & cavendum*. Quo sensu si dixisset Demosthenes, recte invidia summa fuisset oneratus & iram civium meritus, qui præ levitate ita se gererent, ut eis fides haberi non posset, & cavendi essent. Sed unde potuit hauriri hæc vel Græca vel Latina expositio? Nihil enim tale sedet in glossa προ-

ϐαλλεσθαι. Vide lector, quanta tibi fraus per octoginta annos sit importata. Nam Aldus ediderat ἀλλαϐὰς ἔχουσιν, quomodo etiam legit MS. Mediceus, nec aliud colligo, quam vitio typorum illud ingestum fuisse editioni Maussaci, licet nec ipse nunc ab hac decesserim, quod tamen debui facere. Elegantissime enim sic loquutus fuit de sententia reipublicæ, quæ veluti semper diffidens in gradu stat & tanquam pugnatura aut luctatura gladium vel brachia projicit, & sic tum ipsa cavet, tum se cavendam denuntiat. Egregie id ipsum illustrat Valesius, & præcipue locus ex Polybio illic citatus.

In v. Προϐόλιον non potui, quin sequerer Valesium sic restituentem Υπερίδης ἐν τῷ περὶ τ̃ φυλακῆς τ̃ τριηρῶν, τροπικῶς, ἐκ μεταφ. ut in v. προπύλαια nunc δεικτικῶς λέγεσθαι, nunc ἀναφορικῶς ἀκύειν. In v. Ρυτὰ, συνεσταλμένως vel ἐκτεταμένως. quum viderem quam male ex MSstis edidissent Aldus & Maussacus τ̃ Τυῤῥηνῶν Τροπικῶν, & quum id retineret Frisius, stolidissime Latina concipi *de custodia Tyrrhenarum triremium.* Enimvero Hyperides vidit multas Tyrrhenas triremes, ut de earum custodia debuerit quoque sollicitus esse. MS. Mediceus legebat τροπικὸν. Fortasse inde ducimur ad veram lectionem, Υπερίδης ἐν τῷ περὶ τ̃ φυλακῆς τ̃ τριηρῶν τροπικῷ ἐκ μεταφορᾶς ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι.

In v. Πρόκλησις quia H. Stephanus in Thesauro tomo II pag. 28 scribit [Πρόκλησις Libellus qui scribebatur de mancipiis in quæstionem postulatis] hinc Frisica interpretatio sic agere debuit, ut quum Harpocration dicat τὸ δὲ γραμματεῖον τὸ περὶ τούτου γραφόμενον ὀνομάζετο πρόκλησις, Latine ederet *libellus scriptus de man-*

mancipiis πρόκλησις. Multi sane possunt libelli esse scripti de mancipiis; nec tamen dici poterunt προκλήσεις. Neque etiam dicit id Harpocration ita generaliter, cujus verba sequi debebat. Πρόκλησιν egregio exemplo illustrat Achilles Tatius libro VII, & ad eum Salmasius in notis.

Vocem Προμετρητὴς retinui, quum & MSti omnes eam probent, & ipse ordo illi in MStis & primis editis adsignatus fere ostentet manum auctoris. Neque enim inde efficere πυρομετρητὴς & hinc longe inferiori ordine eam collocare est edere Harpocrationem; quod tamen fit in execrabili ista Frisici editoris violentia. Si ab materia in foro vendi solita sic dictus fuit apud Athenienses hic πυρομετρητὴς, isque ab Harpocratione ita notatus; ubi ille ἐλαιομέτρητης? & similium mercium præfecti? Imo si non modo πυροὺς μετρεῖν, sed etiam ἄλλα σπέρματα fuit ejus officium; cur non κεγχρομέτρητης, aut σιτομέτρητης, ut σιτοφύλακας infra discimus, aut tali appellatione fuit distinctus? Hunc autem dici mercede conductum, quia paululum lucri inde habuit; hunc emptoribus id demetiri, quis dixit, aut ubi dixit Harpocration? Προμέτρητὴν igitur retinui, negligens minorum gentium ac temporum posteriorum Grammaticos, qui vocem eam male spectarunt. Videtur moris fuisse in foro Attico, ut quum illuc frumenta apportarentur, in mensuras certas conjecta emerentur; quæ mensuræ antea inspiciebantur ab certis hominibus publice illic positis, quibus etiam certum inde lucrum. Aut quod verissimum credo, potest in hoc verbo considerari prudentia Atheniensium, quibus innotuerant artes in mensurando eorum qui sciebant κρίνειν τὰ μέτρα καὶ

δια-

διαστείειν ἔνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν, ut loquitur noster in verbo παραμετρεῖν. Unde videntur curavisse, ut non ipsi venditores aut emptores, quorum interesset, metirentur, sed ut alii pro eis, quos recte dixerunt προμετρητάς.

In v. Προπεπωκότες adjungitur ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες, ἐκ μεταφορᾶς. λέγεται δὲ προπιτ. An igitur quum sic editur, habemus & imaginamur nobis habere Harpocrationem? & quum libri veteres omnes præferant ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται προπ. isti homini tam futili & stulto, ut posset vertere Latine *virum ante dictum propinasse ferunt*, idque, ubi præmisit *dicitur*. (mirificum verborum sutorem!) sic permittitur grassari in trajiciendis vocibus? Nihil profecto minus. Et res clara est, si distinguas ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. (Sequitur citatio loci alicujus anonymi) Προπεπωκέναι παρὰ &c. Rem ipsam satis illustarunt viri docti, & præsertim nuper Valesius, qui etiam videtur obscure hanc distinctionem voluisse, quum voculam δὲ ponit post verbum προπεπωκέναι. Mihi tamen nihil occurrit evidentius, quam apud Xenophontem lib. VIII Κυρουπαιδ. Καὶ ἐπεὶ ἐδεδειπνήκεσαν, τὰ ἐκπώματα αὐτοῦ, ἃ ἔλαβε παρὰ Κύρου, ἐκπιμπλὰς προὔπινε καὶ ἐδωρεῖτο. Id quod tentavit Latine eloqui Sidonius Apollinaris lib. VII epist. 7 *Seronatum barbaras provincias propinantem.*

In v. Προπύλαια quæ habet Harpocration de tempore, quo exstructa sunt, & fabro aliisque, profuerunt Meursio lib. VI Attic. lect. cap. ult. ubi Mnesiclem architectum quoque firmat ex Plutarcho. MS. tamen Mediceus in nostro auctore legit Μνησικλέους, non Μνησικλέως. Quin etiam superius in citatione Demosthenis non habebat ἥρως ὁ Σάτυρος, sed ἡρεῖον ὁ Σάτ.

In

In v. Προασπάλλιοι MS. liber exhibet προάσπαλλος, non προάσπαλλα.

In v. Πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς non dubitavi recedere ab ferocia editoris Frisii exhibentis Φιλόχορος ἐν τῷ πέμπτῳ Ἀτθίδος φησὶ περὶ τοῦ, quum Aldus & Maussacus præierint ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀθηναίων φησ. Ex quibus Aldus mox quoque edidit ἀρξαμένων, non ἀρξάμενοι, ut Maussacus & Frisius nulla edita causa. Et fæminei quidem generis conversio est omnino nefas, quum sic & MSsti hîc habeant, & tam in v. Δαπὶς quam in v. Στρύμη id ipsum in eadem editione Harpocrationis servetur; etsi fatuus ille in elencho scriptorum non verecundetur ἐν τῷ πέμπτῳ venditare. Jam quod ad alteram mutationem vocis Ἀθηναίων in Ἀτθίδος, annotari debet ab Harpocratione vocem Ἀτθίδος in his citationibus frequenter omitti solitam, ut videbis in utroque illo loco. Unde verisimile fit hîc quoque omissam velle, præsertim quum MSsti id exigant. Nam quod legitur Ἀθηναίων, id videtur esse rectum, ut construatur cum sequente ἀρξαμένων, ut præter Aldum legit quoque MS. Mediceus; & dicat Maussacus, ex quo codice illud ἀρξάμενοι excitarit. Sensus est, *Philochorus libro quinto, Athenienses, scribit de Mercurio ad portulam, quum incepissent exstruere Piræeum, novem Archontes statuam hanc ponentes inscripserunt.* Interpositiones tales vocum inter ea, quæ jungi debebant, facit auctor sæpius, ut in v. Σαβοὶ, ubi Maussacus voluit corrigere vulgatam lectionem.

In eadem voce non placuit mihi, quod vidi mutatum esse Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τὸν δ' ἀνέθηκαν, ubi antea legebatur οἱ δ' ἀνέθηκαν: quod licet sciam ex Maussaci appendice provenisse, tamen in eo & ab

Maussaco & ab nupero editore peccatum esse inde patet, quod & contra MSStos libros ita agunt, & quod in talibus maluerint antiqui omittere accusativum. Hinc vasi marmoreo inscriptum apud Sponium in Miscell. ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ, & sub statua gladiatoris ibidem ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΩΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ, item in Homerica Apotheosi, ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΕΠΟΙΗΣΕ ΠΡΙΗΝΕΥΣ; item ΚΛΕΟΜΕΝΗΣ ΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ, & millies.

In v. Πρυτανεύοντα legitur ἐν τῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν πρυτανευόμενοί φησιν ἀντὶ τοῦ διοικούμενοι καὶ διαστρεφόμενοι, ut sine hæsitatione legunt editiones; nec nisi unus ille studiosissimus Valesius intellexit, quid vitii subesset, monendo videri nonum, non secundum ex Philippicis innui. Id sane est verissimum, quum nihil tale in secundo exstet. Ut liberetur igitur Harpocration, en tibi eum restitutum sibi ex optimo MS. Mediceo ἐν τῷ ἑτέρῳ Φιλιππικῷ. Agnoscis gradum pravitatis innatæ huic loco, ita ut vestigia tamen veritatis retineret. Agnoscis doctissime integratum locum & manum ipsam pulcherrimi Harpocrationis. Itane autem postrema clara erunt, si πρυτανευόμενοι intelligantur *consiliis ejus instructi*, & his verbis addetur *id est*, διοικούμενοι ἢ διαστρεφόμενοι? Exsecranda certe consilia & versio! Cur non verbum Διοικεῖν, ut verissime Valesius restituit, suo loco etiam de consiliis & instructo consiliis explicuit? Fœdissima profecto Frisiæ Latina.

In v. Πυανοψίοις MS. Mediceus non legebat τὰ πυανέψια Ἀπόλλωνι ἄγεσθαι, sed omisso articulo πυανεψίαν Ἀπόλ.

In v. Πύγελλα non citatur ab MS. Mediceo Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Βακχίου, sed ὑπὲρ Ἐκβαχίου, tanquam non esset eadem oratio, quæ innuitur in v. Κύπασσις & Σκυθικοί, sed diversa.

In v. Πύθια, ut edidit Maussacus, vel Πυθαιία, ut nuper Frisia, utrumque hoc vocabulum pro inepto habui, & testor mihi incertius esse, unde tam nugaces cogitationes inde queant proficisci, quam illi scribere sustinent sub persona Harpocrationis *Hoc quomodo formetur à Didymo, mihi incertum.* Scio ista omnia petita & recepta esse ex Meursii Attic. lect. libro IV cap. 2. Sed quæso, an Harpocrationi potuit incerta videri formatio vocis Πυθαιία, quum Stephanus eam sine hæsitatione deducat, quem ipse Meursius citat? An igitur Harpocration non æquat doctrinam Stephani? An Harpocrationi ignotus statuetur Apollo Pythaensis Argivorum? Etiam adeo celebrati Πυθαιίζειν apud Valesium? Non sane ignorata talia doctissimo Harpocrationi ausim supponere? Profecto difficilius aliquod derivatum debet esse, de quo sic fatebitur Harpocration. Quod certe unus ex MSstis suis prodidit ac servavit Aldus, & ideo retinui etiam ipse πυθαεία, non πυθαεῖα, ut falsoc itat Maussacus. Id enim non tam foret ἄπορον, si circumflexus apponatur accentus. Requiritur ergo aliquid fere inauditum & prorsus singulare. Sed magis se nuperus ex Frisia ostentat, quum edit ἄπορον πῶς ἂν τοῦτο ἐσχηματίσθη: hoc enim verbum credo voluit. Unde ista? nempe ab eodem Meursio. Nam Aldus dederat ἀπορῶν πῶς ἀπὸ τούτου, Maussacus aliquid inceperat in prima voce ἄπορον πῶς ἀπὸ τούτου: nec ab his abeunt MSSti. Itaque totum id ex Frisia debetur illi regioni. Adjuva scriptas voces molliter

reponendo ἄπορον πῶς ἀπὸ πρωτοτύπου ἔσχηκ. Monstrosa sunt posteriora. *non enim πύθια festum, sed Apollinem cognomine πυθαιέα repræsentare Grammaticus voluit.* Ergone Grammaticus repræsentat & Deos & festa? Credo in Frisia; & magnam laudem! Sed sensus erat Harpocrationis. *Etenim non, ut patet ex iis quæ apposuit Grammaticus, appellavit festum Pythia, sed Pythium Apollinem.* Nam & πυθαιέα Ἀπόλλωνα in Harpocratione non novimus, nisi ex cultu Frisiæ. Aliud tamen intelligitur ac dicitur ab Harpocratione; nempe ex iis, quæ ab Didymo apponuntur, sive ea sint ipsa verba istius Grammatici, sive citatio longior loci ex Hyperide, ait apparere non innui ab Hyperide ipsum festum, quod vulgo Pythia appelletur, sed ipsum Apollinem, quem alias Pythium nominent. Itaque in quæstione est, quemadmodum aliis vocatum Ἀπόλλωνα πύθιον (ut sic mutari ea vox non debeat) Hyperides dixerit πυθαεία.

In v. Πύλαι citatur Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς δευτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, ut quidem edidit Maussacus, & alter secutulejus ex Frisia, quum Aldus tantum daret ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις. An ita hic edidit non adsequens doctrinam scripturæ, quæ exstabat in MSStis? At Maussacus non tacuit, quid in manuscriptis reperisset, idque sic explanavit, non minori spe boni eventus, quam in v. Ὄρον successerat illi, quum ab Harpocratione supponit citari Μένανδρον ἐν δευτέρᾳ Ἐπικλήρῳ. Ita enim & alia fabularum argumenta fuisse repetita constat, & singulatim Θεσμοφοριαζούσας geminas erudite ipse annotavit. Quid tamen? MS. Mediceus non habet ἐν ταῖς β΄ θεσμοφ. sed omisso articulo ἐν δευτέρᾳ Θεσμοφοριαζούσαις. Vix scio, quid dicam.

Vi-

Videtur id nimis doctum fuisse, quam ut concoquerent. At Harpocration subintellexit vocem κωμῳδίᾳ. Tu vide, qui memineris eundem in voce Τριακὰς notare ἑνικῶς τι καὶ πληθυντικῶς τριακάδα καὶ τριακάδας τὴν ἡμέραν καλῶν.

In v. Πάμαλα verba sunt ἤτοι παρέλκει, ἢ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον, ut quidem vulgo est editum. Sed cur non παρέλκον, ut respondeat alteri participio? Certe ita oportuit legi, & palam exstat in MS. Mediceo. Posteriora sunt mera Harpocrationis, quibus sic utitur in v. Ναύκληρος, Διαγράψαντος, & sæpius, quum dicat ἐν βίῳ λέγεται in v. Ἀποτάξασθαι, Ἐπὶ κόῤῥης. Et tamen idem ille MStus pro iis legit ἢ ἐστὶν ἐν ποσῖς λεγόμενον πάμαλα ἀντὶ τοῦ μάλα. Quod non satis adsequor. Cæterum non est condonandum Maussaco, quod quia Suidas dixit fragmentum Aristophanis esse ex Cocalo, idcirco non id modo judicaverit monendum, sed Harpocrationi immiserit ἐν Κωκάλῳ, contra quam Harpocration voluit, cujus fidem docet editio Aldi, sine dubio retenturi, si in libris veteribus deprehendisset, etiam ipso Maussaco allegaturo codices MStos. Sed neque exstat in libro Mediceo, qui in ipso fragmento habet ἐγένηθ' ὑμῶν & οὐδὲ εἶπεν.

In v. Ῥαΐους scribitur vel editur ab Maussaco ut Harpocrationeum ῥᾳΐως ἔχων, quum Aldus habeat ἔχον, unde viri docti in libro Goesiano adnotaverant ῥᾷον σχών. Certe MS. quoque Mediceus legit ἴσχον, ut σχῶν in v. Δυσπώλης.

In v. Ῥίνων sequutus fui Aldum & Maussacum edentes κύριον, non nuperum ex Frisia, cujus est ὄνομα κύριον, ut solet multa suppositicia pro Harpocrationeis edere. Substantivum scias omnino non exstare

in MS. Mediceo; & perinde vides auctorem fecisse in v. Ἄβαρις, de quo notavi pag. 5.

In v. Σαβοὶ citatur Μνασέας δ' ὁ πατάρδυς, ut est in omnibus editis, vertiturque *Patarensis*, quum tamen clare in MS. Mediceo dicatur πατρεὺς, qualis & fuit, & in elencho scriptorum nominatur, & passim noscitur.

In v. Σείρινα habet MS. Mediceus, prout edidit Aldus Λυκοῦργος περὶ διοικήσεως σειρῆνας, σείριον, nisi quod Aldus faciat duas periodos. Id sic mutavit Maussacus, ut ederet Διοικήσεως. Σείρινα, Σείριον, quod ita sequuntur in Frisia, ut edant σείριον & priorem vocem in interpretatione negligant. Verum si libros MSStos consideres, videntur illi innuere Lycurgum in ista oratione posuisse vocem isto genere & casu σειρίνας, de qua deinde vult agere Harpocration, incipiens ab vocabulo σείριον. Ea mox male transiit in Σειρῆνας; male mutatur ab Maussaco in Σείρινα. Cæterum in fine idem liber MS. vehementer discedit ab aliis, nempe ἐνίοις μέντοι χωρὶς τοῦ ι γράφεται σίρινα.

In v. Σέρρειον editur ὀνόματα χωρίων, ac si essent diversa loca, quæ facilius talia esse credas, si retineatur editum ab Aldo & Maussaco Σέρρειον τεῖχος καὶ Σίρριον, quam cum Frisio καὶ Σέρριον, sicut Stephano & prius illud agnoscitur, & ab urbe Σίρρα, Σιρραῖος, quod alii potuerunt dixisse Σίρριον. Sed MS. Mediceus etiamsi præferat Σέρρειον τεῖχος καὶ Σίριον; manifeste & præclare etiam legit ὄνομα χωρίου.

In v. Σηκὸς, vides nunc Frisiam produxisse ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου ἢ τῆς ἀσεβείας ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία cum Latinis *Apologia pro Seco de pietate.* Quæ Latina opinor nemo nisi ipse auctor melius intelligit, quam

quam Græca. Sed neque Græca, quæ ab ipso sic sunt constituta, intelligere potuit. Ubi enim talis inscriptio Lysiæ orationis ab Harpocratione citata ἡ τῆς ἀσεβείας ἀπολογία? Nuspiam profecto. Pro illis autem Græcis, quæ ab ipso concinnata dixi, edidit Maussacus Λυσίου ἐν τῇ τῆς ἀσεβείας, prout etiam ante Aldus, nec discedit MStus Mediceus. Meursius in hoc hæsitans lib. IV Attic. Lect. cap. 6, *Ecce*, dicit, *apud Lysiam in Apologia* Ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. Εὐσέβειαν vel *pietatem* ignorat. Ex his igitur tribus voculis dico patere, quam nihil in illis celetur, nisi adsueta Harpocrationis ambiguitas, εἰ γνήσιος. Sic enim dixit auctor, ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου, εἰ γνήσιος, ἀσεβείας ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία, pro quo breviter ἐν τῷ περὶ τοῦ σηκοῦ citatur in v. Ἐπιγνώμονας.

In v. Σηράγγιον MS. Mediceus non habet cum editionibus πειραιέως, sed πειραιῶς, ut scis exstare etiam in v. Σύνδικοι.

In v. Σινώπη citatur Ἡρόδικος ἐν ϛ' κωμωδουμένων, ut sane etiam apud Athenæum lib. XIII. sed tamen MS. Mediceus legit ἐν ϛ' περὶ κωμωδουμένων.

In v. Σιτοφύλακες scribitur fuisse ἀρχὴ ἥτις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται. Enimvero quam multa ad id requirebantur; & quis magistratus ista præstare poterat? Itaque Latinus interpres sine dubio fuit homo cautus, quum ad solum pretium istam justitiam adstringit. At quis ita loquetur δικαίως πραθήσεσθαι, ut notet *justo pretio venditum iri*? Certe non in v. Πωληταὶ, non in v. Προμετρητὴς, non in v. Προέδροις, non in v. Νομοφύλαξ, non in v. Ναυτοδίκαις adnotavit de justitia, licet omnes illi magistratus eam pro scopo haberent. Egregie omnino videtur

tur Harpocrationem restituere MS. Mediceus ὅπως ὁ σῖτος διαπραθήσεται, nempe pro copia aut caritate annonæ.

In v. Σκηνίτης non legit MS. Mediceus ὡς εἰς ἀγοραῖον καλούμενον, ut est in editionibus, sed ignorat præpositionem εἰς, & quidem recte, ut ita nec locus sit ingenio Valesiano ὠπεὶ.

In v. Σκιράφια edidit ex Valesii admonitione Frisius ἐπειδὴ διέτριβον ἐν Σκίρῳ οἱ κυβεύοντες, quum Aldus & Maussacus in suis libris invenissent διέτριβον Σκίρωνι, nec aliter est in MS. Mediceo, ut de hac manu Harpocrationis dubitari nequeat, quam sane non fuit assequutus Valesius, nec elegantiam ejus. Nam sive legerit alicubi locum istum fuisse appellatum Scyrum, (qualem ipse Harpocration mox agnoscit in ea ipsa voce Σκίρον) non ideo appellatio Harpocrationis ad eundem modum formari debuit, quum ea duplex terminatio in multa vocabula conveniat, ut notavi ad Ciceronem lib. III de Natura Deor. cap. 23 Arcadibus vocantibus *Nomionem*, quem alii *Nomium*; ex quo videtur quoque illa discrepantia exstitisse, quod Minervam Scirada appellatam crediderunt nonnulli ab Sciro, quem faciebant vatem Eleusinium, alii ab Scirone. Jam vero quod præpositionem immittit, præter morem veterem in loquendo facit, quem ostendit pater in notis ad Livium 2, 28, quem similiter corruperant *Pars in Æsquiliis*. Et mihi in promptu sunt plurima loca etiam nunc contra MSStos libros hanc molestiam patientia, ut immittatur hujusmodi præpositio, quod alibi ostendam. Tale jam supra etiam occurrebat in v. Αστυνόμος.

In v. Σκίρον in MS. Mediceo legitur σημεῖον ᾗ τῶν γινε-

γίνεται, non σύμβολον. Vide autem ineptiam versionis Frisicæ: σκίρον *esse umbellam, quæ ferebatur à sacerdotibus Minervæ, Neptuni, & Solis, ex arce Scirum abeuntibus. Solitum autem gestari ab Eteobutadis.* Si enim gestabatur ab his, certe non ferebatur ab illis trium numinum sacerdotibus, nisi si iidem fuerunt. Sed neque Harpocration scribit ferri ab sacerdotibus Minervæ & Neptuni & Solis. Ea sententia est Frisici interpretis, qui eorum, quorum interpres est, notitiam non habet.

In v. Σπεσιώτης in eodem MSto legitur ἐν γοῦν τοῖς ἐφεξῆς, non tantum ἑξῆς, ut vulgo. In sequentibus præclara nos docet Frisius, scribens, *Majores nostri non potuerunt tyrannos vocare, satellites autem potuerunt.* Ita qui satellitem potest vocare, negabitur posse tyrannum vocare? Ita ἠδυνήθησαν notat *potuerunt*. Et qua auctoritate mutatur series vocum, ut quum Aldus dederit δορυφόρους, τοὺς δ' ἠδυν. sustineant cum Maussaco Frisius facere τοὺς δ' δορυφόρους ἠδ. Sed sunt omnia insipida, nec in Maussaco toleranda. Sententia sic certa est, οὐκ ἂν τοὺς μὲν τυραννοῦντας ἠδυνήθησαν οἱ πρόγονοι καλέσαι δορυφόρους, τοὺς δ' ἠδυνήθησαν. *nonne hos quidem tyrannos potuerunt majores vocare satellites, illos vero non potuerunt?*

In v. Στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις viri docti in libro Goesiano annotarunt legi oportere ἐφ' οὗ ἐνεγράφησαν, non ἐπεγράφησαν. Sed major difficultas in sequentibus καὶ ὁ ἐπώνυμος· ὁ τῷ πρότερον ἔτει ἀποδεδημηκώς, ut edidit Maussacus, retinente Frisio & interpretante *qui judex fuerat.* Nec sententiam hanc video quî ex illo verbo petierit, nec unde istud verbum haustum sit ab Maussaco. Aldus enim dederat δεδικτη-

 κώς,

Digitized by Google

κώς, unde viri docti in eodem libro adscripserant legendum δεδηλωκώς. Nec video quidquam commodius, ducente etiam illuc MS. Mediceo, in quo est δεδεικλικώς.

In v. Στρύμη leguntur ista. Αποικίαι δέ εἰσι Θασίων ἐκ τῆς Θράκης Γαληψὸς καὶ Στρύμη. Nec dubitat interpres vertere *Thasiorum è Thracia coloniæ*. Quod si illæ coloniæ sunt è Thracia, in quam igitur regionem deductæ? Si dicuntur coloniæ Thasiorum è Thracia, qui intelliguntur illi Thasii, quum non sint alii, nisi isti ex Thracia? Ineptit certe oratio, & deleta præpositione legendum Θασίων τῆς Θράκης. Id didici ex præclaro isto codice Mediceo.

In v. Σύγκλητος ἐκκλησία legitur εἰ δέ τι ἐξαίφνης κατεπείξειεν, pro quo in MS. Mediceo habetur εἰ δέ τι ἐξαίρετον κατεπ.

In v. Συμμορία legit MS. Mediceus Διῃρέθησαν δὲ πρῶτοι Ἀθηναῖοι κατὰ συμμορίας, ubi vulgo vocabulum πρῶτοι omittitur.

In v. Τετραρχία legitur vulgo Φίλιππος καθ' ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντας κατέστησε, ubi MS. Mediceus legit ἄρχοντα.

Vocem Τετρωπηρμένοι cur sic conceperint, non adsequor, quum & MS. Mediceus habeat Τετρυπημένη, & Harpocrationis explicatio eam desideret.

In v. Τίμημα habet MS. Mediceus ἀντὶ μὲν τοῦ ἐνεχύρου, non ut vulgo ἐνέχυρον.

In v. Τοπεῖον non fui secutus sententiam Maussaci corrigentis, ut ait, ἕλκουσι δεσμεύοντες, quum & Aldus & libri MSSti & in his Mediceus legerent δονεύοντες. Nihil ad Strattin aliquod Lexicon. Scilicet non secus ac malefici ligantur & δεσμεύονται τοπείοις,

πλοῖς, ſic & peplus, ne nimirum aufugiat. Immo peplus adducitur in arcem ita ut ſæpe concutiatur & expandatur, ut poſſint apparere ea quæ inſcripta ſunt. Sequentia Ὥσπερ ἱστὸν τὸν εἰς τὸν . . . . non aliter habet MS. Mediceus, ut alii. An autem ea integrari non poſſint ſine manuſcripto, nec ſuis numeris abſolvi, tuum, Lector, judicium ſit. Nam ego ibi ſolitus ſum legere Ὥσπερ ἱστοῦ χεῖν ποιεῖν.

Ibidem in loco Archippi codex Mediceus non habet οὐκ ἀνδρῶν, ut vulgo, & ſatis bene, ſed γόνυ, etiam recte, & melius.

In v. Τὰς ἱερὰς τραγῳδίας &c. MS. Mediceus habet, Λυκοῦργος πρὸς Δημάδην. Δίδυμος φησὶν, ὅτι παροιμία ἐστιν, non καὶ Δίδυμος. παροιμ. ut ſolet edi.

In v. Τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας contra omnes MSStos auſa eſt editio Friſica magnum quid, exhibendo καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας & omittendo voces τῶν διαιτητῶν, idque propterea quia Valeſius tale quid diſputat, & quia in Demoſthene ea non habentur. Sed nihil hoc ad rem. Non enim ut Demoſthenicas, ſed ut Harpocrationeas adjici jubent veteres libri, & addi debere patet ex ſequentibus verbis, ubi dicit ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν οἰκοῦντας &c. ergo appoſuit in præcedentibus Harpocration; ſic diſputans, etiamſi non addidiſſet, tamen omnia conſtare.

In v. Τραπεζοφόρος inſigne nefas commiſſum eſt ab editione Friſii interpretis, dum exhibet ὅτι ἱερείας ὄνομά ἐστιν ἡ Τραπεζοφόρος, quum Aldus & Mauſſacus dederint ἱερωσύνης, nec aliter citare ſuſtineat Meurſius lib. IV. Attic. lect. cap. XI.: immo non aliter habeant MSSti, in quibus etiam Mediceus. Adeo quia nihil præclarum novit, ne quidem relinquere aliis id po-

potest, quod pro præclaro & utique Harpocrationeo haberi debet. Nam quum dicitur ab Harpocratione Τραπεζοφόρος est ὄνομα ἱερωσύνης, quid aliud quam quod toties ab eodem ponitur Ζηλωτὴς ἀρχή τις Ἀθήνησι, de quo jam diximus aliquid pag. 71 & 72, aut ut apud Justinum inter Latinos XVIII, 4 *sacerdoti Herculis, qui honos secundus à rege erat*, quomodo & alii plures. In sequentibus mirifica sunt, & de quibus ab Meursio integrum istud, quod citavi, concinnatum est caput de duabus fæminis omnia sacra Minervæ administrantibus, de quo nihil prorsus probat, nisi quod Τραπεζὼ fuerit etiam ἱερεία ex Hesychio. Sed quum hic locus Harpocrationis decidat rem universam, certe antequam quid pronuncietur, oportet eum certum habere. Is autem mirabiliter ita concipitur in MS. Mediceo: ὅτι αὐτή τι καὶ ἡ Κοσμὼ (nempe dicatur vel sit, quod ipsa etiam Cosmo appelletur) συνδιέπουσι πάντα τὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερεῖα, simul exornans omnes Minervæ victimas. Nam & hoc Meursianum ἱερὰ alii possunt sibi habere: nos eo nequaquam utimur.

In v. Τελακὰς legitur ἦγετο τελακάτη ἡμέρα in omnibus editis nescio quî, quum nec Græcum sit, & certe MS. Mediceus habeat ἦγετο ἡ τελακὰς ἡμέρα, prout non dubito esse in aliis. Omnino solet statim Harpocration repetere id ipsum vocabulum, quod initio præmisit.

In v. Τελκέφαλος Ερμῆς post ultima verba τοῦ Τελκεφάλου Ερμοῦ adnectit MS. Mediceus has quoque partes, Τοῦτον δέ φησι Φιλόχορος ἐν γ'' (id est τρίτῃ) Θουκλείδην ἀναθεῖναι Αγκύλησι.

In v. Τιτακίδαι in Euphorionis citatione non legit MS.

MS. Mediceus οἷον τ' εἰαμβύης ὑπονύδεες sed εἰαμβυεῖς. Ita nimirum innuit εἰαμβυαῖς *riguis madentes agros.* Deinde idem non teſtatur in quibuſdam Dinarchi exemplaribus ſcriptum exſtitiſſe ὑπόκοιλοι, ſed ὑπόκυλοι. Quod licet hodie ignoretur an ſit Græcum, etiam non memoretur propterea Henr. Stephano; tamen vindicandum puto, quoniam & κύλα nota fuerunt eidem Stephano ex Heſychio, & Κυλάδες ex Etymologo & κυλοιδιᾶν, omnia eandem cognationem ſortita & præferentia. Hinc ὑπόκυλος egregie de loco captatum inferiore & madido ab Demoſthene exolevit ob eruditionem ſcribarum & legentium non ſatis exornatam.

In v. Ὑπωμοσία ediderunt ſatis putide Aldus & Mauſſacus προφάσει χρώμενον ἀποδημίας ἢ νόσῳ ἢ τινι τῶν παραπλησίων. Ea Friſius ad meliorem conſonantiam redacturus edidit ἢ νόσου. Et cur igitur non iſto pede proceſſit exhibendo ἤ τινος τῶν π? Sed vide pulchritudinem exemplaris Medicei προφάσει χρωμένους ἀποδημίᾳ ἢ νόσῳ ἢ τινι τῶν. ſuaviſſima appoſitione.

In v. Φαρμακὸς citatur Ἴστρος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν, ut quidem fecit Mauſſacus ſequente Friſio, quum Aldus ederet ἐπιφανέων. Sed MS. Mediceus plane exponit ἐπιφανιῶν, ut pateat in eo libro apparitiones & vires præſentiæ Apollinis ſive in fabulis ſive in hiſtoria ſparſim relatas fuiſſe ſimul collectas. Sed etiam quod ſatis notabile eſt, legebatur in eo codice non ἱερὰς δὲ φιάλας Ἀπόλλωνος, verum ἱερὰς δὲ, quum eſſet ſacerdos, ipſe erat ſacrilegus.

In v. Φιλοσοφεῖν demiror certe illud φάσκειν, quod quum in toto Harpocratione non exſiſtat, hoc uno in loco debuit inculcari; tanto abſurdius, quod utique

que in loco Menandri, qui adducitur, non certe de opera ſumpta ad dicendum, ut reddidit Friſius interpres, poſſit intelligi. Etiam viri docti in codice Goeſiano prorſus id non concoquentes reſtituerant ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι φησὶν Ἰσοκράτης. Et ſane id longe melius eſt, ac vel unice verum, vel quod mihi ſuccurrit forſan commodius ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι καὶ ἀσκεῖν. Et hæc ſignificatio jam monſtrata eſt ab eruditis.

In v. φιμοί, quum legatur verſus Diphili Ἕλκεις φιμὸν, quem tamen Valeſius notavit in Suida integriorem haberi, jejunum ſe oſtendit Mauſſacus, dum quaſi ex ingenio ſuo recte ſic forſan abſolvi ſcribit ἕλκ' εἰς μέσον τὸν φιμὸν, idque à quibuſdam codicibus confirmari. Neſcio quos putet. Hactenus ab Mediceo firmatur, ut habeat ἕλκεις μὲ φιμόν. Cæterum poſt hunc verſum ſequebatur in MSto Φάσις. λέγεται ἐπὶ δημοσίου ἐγκλήματος, ὅταν τις ἀποφαίνῃ τὸν δημοσίων ἔχοντά τινα μὴ πριάμενον. Λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανῶν οἴκων τῶν ἐπιτροπευομένων. ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. Quod exſtat etiam in altero MSto.

Vocem Φλυεῖα quum ſic in MSStis & editis ſcriptam vidiſſem, non modo his literis, ſed etiam hoc accentu (non ut allegat Meurſius in Populis Atticæ Φλυεία) non putavi inde ΦΛΥΑ faciendum, ut corrigendum Harpocrationem in eodem loco ſcribit idem Meurſius, & obſecundat in editione Friſius, ſed Φλυεῖς. Solet hic Harpocration repetere. Ita vides nullam perire literam, ſervato etiam accentu. Nec aliud videtur contigiſſe, niſi ut litera ς mutaverit in α. Unde habet Meurſius illud ſuum Φλυά?

In v. φορίνη (ſic enim habet recte & melius, ut opi-

opinor, MSStus liber, quam ut vulgo φορίνης) miror editos omnes hoc ordine verborum uti ὅτι ἐπὶ καὶ ἀνθρωπείᾳ &c. quum plane in MSto Mediceo legatur ὅτι καὶ ἐπὶ ἀνθρωπείᾳ &c.

In v. φρυκτωρῶν dubito an præbeantur lectoribus ipsa Harpocrationis verba, dum editur διὰ πυρσῶν ἀναλειπομένων σημαίνειν. Etsi enim id percommodum, tamen nonnisi mutationem Maussaci tacitam & nulla nota indicatam in eis habes, qui sic exhiberi ab typis voluit, quum Aldus διὰ πυρῶν dedisset. Hoc testor exstare etiam in MS. Mediceo.

In v. Φυλὴ vulgo editur δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος, ut sæpe solet loqui breviter auctor, sed MS. Mediceus legit δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Οἰνηΐδος: non secus ac si studiose captavisset varietatem significationis. Sequentia sic ab eodem codice constituuntur, Μένανδρος Δυσκόλῳ τῆς Ἀττικῆς νομίζεται τὸν τόπον εἶναι τὴν Φ. quod vides mirifice convenire cum verbis Scholiorum Aristophanis apud Valesium, tanquam ea pars hinc fuerit petita.

In v. Χαλκεῖα non sustinui imitari audaciam proximæ editionis post voces ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις inserentis duas has [τῇ Ἀθηνᾷ] idque ut videtur, quia mox adducitur Phanodemus negans festum id celebrari Minervæ, sed Vulcano: quæ negatio scilicet incommode sequeretur, nisi antecessisset Minervæ mentio. Sed ea ratiocinatio perquam vana est. Nam quum utplurimum vix addat auctor, cui numini aliquod sacrum agatur, certe vix suæ personæ verbis, sed citati scriptoris potius; tum est id Harpocrationis, ut ex sequentibus jubeat sæpe suppleri sententiam præcedentium. Ex illa citatione verborum Philochori

chori satis sponte sua apparet quosdam de Minerva supponere. Sed ista editio sic plane nunc contrectat Harpocrationem, ut fecit in v. Θυργωνίδαι, itidem immittens voces, quarum sententiam dederat auctor intelligendam ex citatione Demetrii, atque adeo prorsus nugatorias & aniles. Verum non est, cur conjecturis agamus. Hanc suppletionem illi dictavit Meursius lib. IV Attic. lect. cap. 24, ubi plane ex loco & verbis Phanodemi evincere voluit ab Harpocratione in verbis antecedentibus positam Minervam fuisse. Sed dum sibi illic valde gratulatur, infeliciter aberravit, non assecutus artificium Harpocrationis.

Vocem χαράκωμα non minus miror pro glossa poni, & tamen in Menandri citatione fieri tantum mentionem χάρακος, quam explicari ὃ περιβάλλονταί τινες στρατοπέδῳ. Quanto meliora hæc custodiuntur in MS. Mediceo! Χάρακα, Δημοσθένης. τὸ χαράκωμα, ὃ περιέβαλόν τινες τὸ στρατόπεδον. Certe vocem primam non ausus fui expellere, quam & exponit Harpocration & citatione Menandri probat.

In v. χιλιωθέντα edidit nuperus ex Frisia ὁ δὲ αὐτὸς ῥήτωρ καὶ ἐν τῷ κατὰ Κηφισοδότου φησὶ χιλιῶσαι, ita relinquens Aldum & Maussacum edentes κεχιλιῶσαι, quomodo etiam MS. Mediceus, item Valesium, qui cogitabat κεχιλιῶσθαι. Sed est assidua confusio literæ ε & diphthongi αι. ut videatur hîc quoque fuisse καὶ χιλιῶσαι. Id fraudi fuit librariis non probantibus eam voculam sic in vicinia bis jungi. Sic in v. Ῥητορικὴ γραφὴ habet MS. Mediceus ἴσως δὲ καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ῥητορικαί τινες καλοῦνται, ubi posterius καὶ exulat in editionibus. Adde notata in v. Μύριοι.

In v. χρυσοχοεῖν occurrit locus Dinarchi pessime omnino spectatus, ubi Aldus ediderat πάλιν παρ' Αἰσχίνη ἀποφοιτήσας, quod Maussacus distraxit distinctione posita post vocem propriam, quasi ipsum magnum rhetora innui crederet ac verba ejus sequi. Postremus è Frisia mutans dedit Αἰσχίνην, vertens *Rursus ad Æschinem ventitavit.* Quantæ nugæ? MS. Mediceus optime παρ' Αἰσχίνε, hoc est, *deinde ab Æschine discedens*, hunc Æschinem derelinquens, *apud istum* alium quemcunque fabrum istius artis scilicet, *fundere aurum didicit.*

Addenda.

Pag. 2. vs. 9 scriptum. adde. Unde patet, quanti debeat fieri integrum caput secundum Io. Meursii lib. VI Attic. lect. ubi illum titulum, qui vulgo circumferebatur, statuens esse librariorum, ex Suida, ut certo teste, judicat auctorem inscripsisse λέξεις. Quo certe nunquam se indiguisse etiam tacens clamat Maussacus, quum in loco Suidæ, quem operi ipsi præmisit, illam ipsam vocem majusculo charactere expressit, bene sibi animadversam indicans. Sed ille non viderat libros antiquos.

Pag. 4. vers. 16 agat oraculum. Ita recte opinabimur deinde Athenienses vota precesque nomine omnium fecisse: eoque sensu scripsisse ita Meursium lib. VI Attic. lect. c. 3, alioqui non excusandum, si nostrum interpretem ad tantam ineptiam deduxit.

Pag. 7. verſ. 2 Mediceo, omittente etiam vocem κύζιον, atque ideo

Verſ. 9 puellis? Et tamen Meurſius lib. IV Attic. lect. cap. 18 jam recte citaverat.

Verſ. 13 ut & ſtatuæ prope.

Pag. 13 verſ. 3 *ſolitus*. Nam cur apponitur ὡς? Sed quia Meurſius docendi gratia lib. VI Attic. lect. cap. 5 ſic plenius ſemel expreſſit, noſter id verſioni ſuæ inferendum vane putavit.

Pag. 16 verſ. 14 Harpocrationi. Huc uſque, lector, quicquid facinoris in Friſio vitiatore audis, totum imputabis Meurſii libro VI Attic. lect. cap. 10, ubi hic quidem quoque non indulget Mauſſaco invitis manu ſcriptis codicibus immutanti ordinem; quum interim plus quam regia violentia abutatur in illo, quem non tuetur & adjuvat, ſed abſurditatibus plurimis, quas conceperat, fœde commaculat. Sed ut

Ibid. verſ. 21 verſionibus? Dicat vel ipſe vel Meurſius, qui iſta Græca bis ibi allegavit.

Pag. 19 verſ. 30 ΑΥΤΟΧΘΟΝΟΣ. Quod ipſum teſtantes apud Meurſium lib. I de regn. Athen. cap. 6 Pauſanias, Stephanus, Clemens, Euſtathius huc uſque depravaverunt noſtrum; quum Harpocration hos omnes potuerit deſerere: ſicut deſeruit. Nam quicquid

Pag. 29. verſ. 9 immittere. Meurſius quidem in iſto loco ſcribit ab his Actæum, ab illis Actæonem dici. Ea gemina terminatio in multis procedit, quod tetigi in notatis ad vocem Σκιεράφια. Etiam id apparet ex noſtro in voce Οργεών. Sed in multis non obtinere, idque ita in hoc videri, patet ex Euſtathio ibi

cita-

citato ἀπὸ Ἀκταίων⊙, ἢ ἀπὸ Ἀκταίυ αὐτόχθον⊙, etsi Meursius pro eodem habeat. Cæterum

Pag. 21 vers. 3 Ἀλαὶ, & Harpocration sit ille, qui ostendit se tam accurate distinguere & inquirere solitum in proprias hominum appellationes & natales eorundem in v. Θέογνις? Et

Pag. 26 vers. 28 obseraverat. Et fortassis ne domus quidem intelligenda est; sed modo taberna. Respondit enim plane Juvenalis III, 304

- - - *Postquam omnis ubique*
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.

Ubi sic notat Scholiastes editus: *Quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducunt.* Ipse collegi Scholia MSS. in quibus erat: *Tabulæ tabernarum olim catenis jungebantur, ideoque dixit* catenatæ tabernæ.

Pag. 29 vers. 9 ἀγώγεων, cui dialecto similia occurrunt alia, & notavi quædam ad voces Λαμπτρεῖς & Πάραλ⊙.

Pag. 30 vers. 27 Ναυκραρικὰ, (in hac quum MSS. & editi legunt ἐπὶ τοῖς Ἀττικοῖς, scias oportet non cessavisse lascivam Frisii manum, quin ederet ἐν τοῖς) ubi

Pag. 32 vers. 6 omnia prior vel posterior

Pag. 40 vers. 23 quam est

Pag. 41 vers. 23 usurparunt; ut videatur modo fuisse temeraria repetitio literarum ἀ in principio duarum vocum. Sic quoque Demosthenes contra Calliclem: Αὐτοὶ τὴν αἱμασιὰν περιαγαγόντες καὶ τὴν ὁδὸν ἀνακεχωκότες ἑτέροις βλάβης δικάζονται καὶ ταύτην χιλίων δραχμῶν ἀτίμητον.

Pag. 44 vers. 1 oportuit, ut in v. Εὐρυβάτης, καὶ ἐντεῦθεν τοὺς πονηροὺς Εὐρυβάτας καλεῖσθαι: aut

Pag. 46 vers. 23 veniam daret

Pag. 49 vers. 27 circumit, ut ex Archilocho περὶ τεῖχον ἐπιννήσονται ἐν παλινδικίᾳ, in hac voce, ubi Frisius interpretatur *victi sunt.* Γωνιασμὸς &c.

Pag. 51 vers. 25 ἡ δικάσῃ, ut videtur ex Polluce, quum & Aldus & Maussacus & Meursius lib. III Attic. lection. 2 & MS. Mediceus

Pag. 57 vers. 12 Suida, & ante Valesium Meursius lib. 3 Attic. lect. cap. 15 ex ipso Demosthene, tamen non tractamus Suidam, aut ipsum Demosthenem, sed Harpocrat.

Pag. 58 vers. 22 ab illis quæ

Pag. 60 vers. 31 ὄπισθε στιχῶσι

Pag. 61 vers. 1 στιχῶσι, nisi speciosum sibi jure existimavit adhærere Meursio lib. III Attic. lect. cap. 17. Sed Meursii eruditio nimis persæpe incumbit & ultra securitatis justæ modum acquiescit collationibus similium locorum. Non Suidæ codices & pauci & parum antiqui, non Etymologici auctoritas tanta esse potest, ut mutetur per ea Harpocration, nisi in locis palam perditis. Certe Empusam non

Pag. 63 vers. 24 amplius est

Pag. 64 vers. 30 Aphobum, ita tamen ut medio tempore ante eum Meursius lib. III cap. 18 Attic. lect. id ipsum quoque vulgaverit, supplendumque censuerit ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἄφοβον ἐπ᾿ ἄλλῳ. Ex horum alterutrius indicio, omissa eorum auctoritate, noster vocem istam infulcit

Pag. 66. vers. 14 de Isæo sic. *ut mox rursus* si & ab Isæo fuerit

Ibid. vers. 18 appellata. Nec ignosco Meursio, dum libro V Attic. lect. cap. 2 maluit hæc verba citare, ut

auctoris nomen magis spectaret; quam ipsa quæ dicuntur. Considera

Ibid. vers. 22 λέγῃ, ut in v. Οικέως.

Pag. 69 vers. 1 judicaret. Eadem hæc citavit Meursius lib. v Attic. lect. 13 ut bene sana, nec quidquam adhæsit. At

Pag. 71 vers. 3. fuisse, etsi πύλαι πέντε, ut dicitur in v. Περιπύλαια. Etiam

Ibid. vers. 15 manum. Priora quidem in vulgatis ne Meursius quidem lib. v Attic. lect. c. 8 voluit agnoscere.

Pag. 72 vers. 29 pictorum

Pag. 82 vers. 7 Pella Ludiæ & quantum distat ab Axio? addita.

Ibid. vers. 9 editionis, quæ id traxit ex Meursio libro v Attic. lect. cap. 22

Pag. 87 vers. 27 ad hanc rem. Sacra autem solent ad fabulæ commemorationem & similitudinem institui. Etiam quum Meursius libro vi Græciæ Feriatæ habeat multa de festa Lampade, videas ab Herodoto & Themistio in honorem Vulcani institutam festivitatem appellari non Λαμπαδηδρομίαν, sed Λαμπαδηφορίαν. Porro

Pag. 92 vers. 22 ex Frisia non ipse concinnat, sed ex Meursii describit libro III Attic. lect. cap. 1. Δύναται

Pag. 93 vers. 17 ineptias. Et habet tamen, sub cujus umbra lateat. Nam Meursio in Atticis lectionibus tum lib. IV cap. 8, tum lib. VI cap. 9 vehementer ligones illi placuerunt. Quasi

Pag. 95 vers. 20 ostentato. In Atticis lectionibus lib. I cap. 14 quum restituisset Μουνύχου pro Aldino

Μυνυχίου, citassetque τοῦ Παντακλέους, in Plutarcho observari jubet filium dici Demophoontis, quem hic Pantaclis dicit Harpocration. Ibidem quia & Etymologicum habet Παντακλέους, hinc corrigit Suidam, in quo est παντοδυκλέους, arguitque Maussacum, qui istud prætulerit. Mi Meursi, quid oro legisti, quid nosti de illo Pantacle? Valesius.

Pag. 105 vers. 22 [oportuerat. Quid igitur sustinuit garrire Meursius, à quo deductus est bonus noster Frisius, de vero istius populi nomine ΠΑΙΑΝΙΑ, collecto ex sola similitudine quorundam demotarum in *ιος* exeuntium? An potuit aliquid infantilius fingi? Nam quot in Attica fuerunt demotarum appellationes in *ιος* terminantium, quorum demus non exibat in literam *α*? Indignum est ab viro tam docto & Athenis familiari talia fuisse prodita.

Pag. 106 vers. 23 Quod in notis etiam imputet, (*post hæc deleri quæ sequuntur, & hæc supponi oportet*) quum sibi conscius foret ipse, quam nihil in hoc sciret, quam nihil de utroque didicisset. Nihilominus post Maussacum quoque Meursius libro 11 Attic. lect. cap. 10 neglecta prorsus Aldi lectione, quasi nulla unquam alia fuisset, ingreditur suam observationem ita [Apud Suidam Pasinus quidam nominatur. Πασῖνος. ὄνομα κύριον] Quis igitur fuit iste Πασῖνος, aut ab quo auctore appellatur? Mirâ conniventiâ præclarus ille vir discedit ad Isocratis locum, quem sagacissime excitavit ad pulcherrime restituendum. Sed in illa ipsa corruptela patet ejus perversa ratiocinatio. Nam quum ibi legatur *ὅτι δὲ πᾶσιν οὖς*, apparet diphthongum ab primis exemplaribus propagatam, descendisse ad omnes deinceps ætates; neque posse aliud quidquam in

eo

eo cogitari quam Πασίνους. Quod ab Meursio investigatum eo majorem laudem meretur, quod hunc locum Isocratis, tantopere perditum, licet ab Harpocratione velut digitis monstratum, & nomine citatum, prætermittat tamen Henr. Stephanus, qui peculiari labore Isocrateas citationes ex Harpocratione collegit, quum hæc una vel præcipue animadverti debuerit. Quî potuit autem Meursius sic Aldinam editionem in hoc loco non inspicere, aut inspectam non observare? An non satis multa nomina apud Græcos usurpabantur in ους exeuntia? Vides igitur, quam constans & pervetus consensio exemplarium Isocratis & Harpocrationis utrumque scriptorem instauret in appellatione Πασίνους.

Pag. 109 vers. 3 *Fortassis* vel *exiguam tabellam dicit* &c.

I N D E X

Rerum & verborum notabilium in notis

J. GRONOVII.

A.

Ἀγαθοτύχης heros pag. 7
Ἀγκύλαι δῆμος 124
Ἄγοι νόμους μεγάλους, τινὰ ὡς δοῦλον 7
Ἀδδηφάγοι λύχνοι 11
Adjectivum neutrum cum ſubſtantivo maſculino δεινότατον ἀπομάχης 37
Ἀεὶ αἰεί ἐστιν 14
Ἀθηνᾶ Δημητριάς 61
Αἰσχύλου fabula Laius 91
Αἰγιλιεὺς diverſus ab populo Attico 17
Αἰγίς 16
Αἰταῖαξ 64
Actæon rex Athenarum 19 & 20
Ἀλαιεὺς ὄνομα δήμου Attici 20
Ἀλογος eraniſta 23
Ἄμιπποι pedites 25
Ἀμφιάρεω Ariſtophanis 88
Ἀναβάλλειν neutrum paſſivum 28
Ἀνασυντάττειν 30
Ἄνδρες δέκα tyranni 94
Ἀνδρεία 18
Ἀνέκλυτος 52
Ἄνετος ἵππος 31
Ἀνθυπομόσαι 32
Ἂν μνημονεύοι 8
Ἀντίκυρα 34
Ἄνωθεν 30
Aoriſtus pro futuro 3
Ἀπειπεῖν 32
Ἀποδοῦναι 35
Ἀργυρεοθήκη 39
Ἀργύρεον *ibid.*
Ἀρεστοτέχνης 74
Harmoſtarum cum Epiſcopis comparatio impar 68
Harpocration interdum quædam trajicit & intermittit 109
Ἀρύβας 41

Archi-

Archelaus 39
Ἀρχὴ dicitur, quum sit ipse dignitatem possidens 72
Ἀσκεῖν καὶ πονεῖν 126
Ἀστικὸς πυλών 71
Ἀτελεστάβοι 38
Ἀττικὰ ψηφίσματα 31
Ἀττικῶν vocabulum 96
Αὖθις postea 22 & 23
Αὐλὶς Ευελπίδου 105
Ἀφίων 57
Ἄφρακτα, aperta 15

B.

Βιάζεσθαι piraticum 82
Βουτάδαι, successores Butæ 45
Βωμὸς Ερκίου 70

Γ.

Γαμικὰς 46
Γνώρισμα 33
Γωνιασμὸς non est γωνία 49
Γωνίας στενὸν 35

Δ.

Διδασκαλικῶς 122
Δεκάδες 56
Δεκατεύεσθαι 51
Demosthenes tentatus 33
Demosthenis oratio pro Ctesiphonte 50
Δῆμος Αιγηίδος n. φυλῆς 83
Demus & Demotes in Attica interdum eodem nomine 20
Δεύτερα θεσμοφοριάζουσαι 117
Διάθεσις, πρᾶσις 52
Διαπραθήσεσθαι 120
Διατρίβειν Σκίρωνι 120
Δικάζειν 38
Δικαζόμενοι ποιεῖν 83
Δικαστήριον συνίστασθαι 67
Δίκτυα στεμμάτων 17
Διοικεῖν 114
Δίομεια 62
Διψᾶν de lychnis 12
Δραπέτιδες Cratini 78
Δυοῖν δικαστηρίων 75

E.

Ἐγγύπατα γλῶσσ & κατὰ γλῶσσ 89
Ἔθετο νόμον & populus & legislator 77
Ἔθηκεν νόμον ὁ νομοθέτης ibid.
Ἐθρύπτετο 71

Εἰαμβυαὶ 125
Εἶναι licere, posse 29
διώκειν 98
τῶν χορηγησάντων, κα-
λῶν 103
Εἰπὼν φησὶ 48
Ἐκβαλεῖν ex ædibus 26
Ἐλευθερῶ ταινία 37
Ἐλευσινίων ἆθλον 60
Ἐν de locis omissum 41
Ἐν δεξιᾷ 179
Ἐναντίον τινὶ 59
Ἐν καὶ ἕτερον 51
Ἐξελεῖν 63
Ἐξηγούμενος τὰ ἱερὰ ibid.
Ἐξῆν προσελθόντι λέγειν 61
Explicatio duplex unius glossæ 37
Ἐπαγγέλλεσθαι 64
Ἐπ' εὐθυνῶν 72
Ἐπιβάλλον ἑαυτοῖς 33
Ἐπίγεια 65
Ἐπίδικος 28
Ἐπί τινος καθεστηκὼς 65
Ἐπὶ τούτοις, πᾶσιν 104
Ἐπὶ τῶν μνημάτων 65
Ἐπιφάνιαι Ἀπόλλωνος 125
Ἐποίησε, Ἐποίησαν inscribebant operibus 114
Ἐπωνύμιον ἔχειν 66
Ἐργοκλῆς qui flagitavit erarium 24
Ἕρκιος Ζεὺς 70
Ἑρμαῖον 70
Ἑρμογένης 71
Ἐτεοβουτάδαι 45
Ἕτερον Φιλιππικὸν 114
Ἕτερος τῶν ὀφθαλμῶν 108
Εὖ 14
Εὐθύνης, magistratus 71
Εὐλαβῶς ἔχειν προαιρέσεις
Εὖ σοι 73
τὰ ἐφεξῆς 121
Ephori liber quartus 47

H.

Ἡ μὲν, & non sequentibus ἡ δὲ 100
Ἥμμνοι 58
Ἡρακλῆς ἐν Διομείοις 62
Ἡρωελεγεῖον 11

Θ.

Θάσιοι τῆς Θρᾴκης 122
Θρέτται Κρατίνου 40

I.

Ἱερεῖα συνδιέπειν 124
Ἱεροῖς καθιεροῦν 51

Ἱερωσύνης ὄνομα πρῶτ' ἐζοφό-ρος 124
Inferiora dant aliquid intelligendum in superioribus 128
Infinitivus amatus 98
Interpositiones auctoris 113
Ἱπποσπλάσαι 79
Ἱστοῦχος 123
Juvenalis Scholion MS. 131

K.

Καὶ repetitum in eadem periodo 93. 96. 128
Callisthenes scriptor 96
Κάμπτειν τοὺς τοίχους 49
Καταβάλλειν τὰ πράγματα 62
Κατὰ κατάλυσιν 51
Καταχεκλεισμέναι 51
Κιβώτια 39
Κληρωτοὶ 71
Κναφεὺς Atticum, γναφεὺς commune 47
Κνισᾶν 9
Κολυττοὶ 84
Κολωναΐται 84
Craugaleus 84

Λ.

Λαΐος fabula Æschyli 91
Λαμπὰς ἑορτὴ 87
Λιβύη prope Colchos 89
Liparus fl. 82
Λογικὴ τέχνη 89
Λυκιεργέας 89
Λυμαίνεσθαί τινι 75
Λύχνοι ἀδδηφάγοι 11

M.

Μαλακιούμενοι, Μαλακιόμεθα 90
Μεγαράδε 74 & 75
Μέγιστα μέρη 46
Μεταφέρειν 109
Μία τῶν Κυκλάδων νῆσος 85
Μικρὸν δίκημα 106
Mnesiclides, an Mnesicles faber propylæorum Minervæ 112
Μόνω θανάτῳ ζημιοῦν 30
Μύδρος 29
Μυηθεὶς ἐν δευτέρᾳ μοίρᾳ 69

N.

Ναυκραρικὰ 97
Nicostratus poëta 15
Οἰκεὺς θεράπων 99
Οἴκημα μικρὸν 100
Οἶκις@ 101
Ο' μὲν, ἕτερ@ δὲ 44
Ὄνομα κύριον ubi dicatur Harpocrationi 5
Ὀνομάζεσθαι 84
Ὀρθὴ πᾶσα 9
Ὄρ@ lignum ad torcular 99
Οὐκ ἔστιν non licet 29

Π.

Παιανιδς, demus & demotes 105
Παντώλης 95
Παρ' Αἰσχίνῃ ἀποφοιτῶν 129
Παρὰ Σικελίαν 86
Παρεστάναι ἐν κύκλῳ 85
Παρθένοι πρὸς γάμον 40
Πασίνης 106. 134
Πεμφθεὶς ὁμηρεύσων 101
Περιβάλλειν ... στρατόπεδον 128
Ποιήματα διαφθείρειν 53
Polyænus restitutus 35
Πολυάρχου@ 57
Πολυετὴς ... 86
Πόσιν δέχεσθαι 61
Πότε λύχνοι 11
Προαγωγὴ 58
Πρόδρομοι ἱππεῖς 25
Προμετρητὴς 111 & 112
Προσαγωγὸν 58
Πρυτάνειον ἐκπώματα 112
Πρόφασις ἀποδημία 125
Πρωτότοπον 116
Πυθαΐς Ἀπόλλωνος 125
Revisere Eleusinia 69
Sacrificium cum Lampade 87 & 88
Σειρὸς ἱστοῦ 123
Σημάντρον 39
Σημεῖον 120
Σηπεδὼν ἔμβιος 60
Σκάφη 93
Σκίρων, Σκίρ@ 120

Scymnus Chius explicatus 52
Σπείρειν μελίνης 92
Speculi inventor sibi bene dicens 73
Στίμμα 16
Henr. Stephani lapsus 9
Στρατευομένων ἐν τριήρεσιν οἱ μὴ κωπηλατοῦντες 65
Suffire 10
Σύμβασις 101
Συνδιέπειν ἱερεῖα 114
Συντάξαι 30

T.

Tabernæ catenis structæ 131
ὡς Τελεῖ ἡ πρᾶξις 66
Τελώνιον ἡ δεκάτη 51
Τριακὰς ἡμέρα 124
Τριήρειον 106
Τροπικὸν ὄνομα 110
Τρυφηλῶς 81
Τῷ, pro τινὶ 28

Υ.

Ὑπαγορευθεὶς 33
Ὑπέχειν ἀεὶ εὐθύνας 14
Ὑπόκυλοι τόποι 125

Φ.

Φαληρέων 25
Φάσις 126
Φέροντες ἐπεῖχον 27
Φιλιππικὸν ἔκπιν 51
Φίλιπποι urbs 50
Φρόντωνα ἔχειν 104

X.

Χάραξ 128
Χιλὸς θαλλὸς 98
Χορηγεῖν παισὶν 104
Χοροὶ κατὰ τὰ πάτρια 10
Χώρας, gradus dignitatum 72
Χωρία τοῖς λῃσταῖς 182

FINIS.

HENRICI STEPHANI

IN ISOCRATEM

DIATRIBE.

De nonnullis vocabulis & loquendi generibus ab Harpocratione & Suida apud Isocratem observatis.

Harpocrationis Lexicon quoddam ab Aldo Manutio editum olim fuit, Anno M D III, cui titulus est, Lexicon Decem Oratorum (vix enim hic potest exprimi vis articuli τῶ, genitivo ῥητόρων præfixi) & orationibus Demosthenis ab eo subjunctum. Postea vero idem ex eodem Harpocrationis Lexico, nec non è Suida, excerpsit aut excerpenda curavit Isocratica quædam vocabula: atque huic eclogæ titulum fecit, ἉΡΠΟΚΡΑΤΊΩΝΟΣ ΚΑῚ ΣΟΥΊΔΑ ΠΕΡῚ ΤΙΝΩ͂Ν ΠΑΡ' ἸΣΟΚΡΆΤΕΙ ΛΈΞΕΩΝ. eamque ipsius Isocratis orationibus à se excusis subjunxit: quum alioqui titulus fronti libri illius præfixus, Harpocrationem, non aliquam tantum ejus partem, polliceretur. Ego vero, quum toto Harpocrationis lexico à multis jam annis attente considerato, animad-

advertissem; cum quæ titulo sui libri promiserat, fideliter præstitisse, ac eos etiam qui alioqui in Græca lingua non parum exercitati essent, partim ἀγνοεῖν nonnulla quæ ab illo docerentur, partim ἀμφιγνοεῖν quædam de quibus omnem ipsis auctoritate sua (quam haud parvam existimo) dubitationem tolleret: & scirem ipsum cum ex aliorum multorum librorum ac libellorum, tum vero ex hujus editione, gratiam à Græcæ linguæ studiosis iniisse: tantum abest ut quod ille ipsis sua editione dederat, mea denegare voluerim; ut contra meo paternoque simul more, id illis πολλῷ τῷ μέτρῳ & λώϊον reddere statuerim. Quomodo autem id effecerim quid attinet hic commemorare, quum oculis tuis sim subjecturus?

Prius tamen quam id faciam, de eo quod Harpocration & Suidas hac in parte præstiterunt, præfari quædam libet. Te igitur nescium esse nolo, eos, præsertimque Harpocrationem, ea quæ Isocrati vel peculiaria vel cum aliis communia paucis essent, in his paucis quæ ex illo excerptæ sunt paginis; non proponere solum, sed etiam exponere. Alicubi igitur Isocratis tantum fit mentio, tanquam hoc vel illo vocabulo usi: & alicubi dicitur Isocrates in more habere ita eo uti: (veluti ubi legimus, Ἤπειρον, εἰώθεις ἐπὶ τῷ Ἰσοκράτει τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν) alicubi additur & quidam alius qui eo itidem usus fuerit, aut quidam alii adjiciuntur.

Suidam autem sciendum est non harum tantum vocum quæ ad Isocratis sed aliarum etiam quæ ad aliorum oratorum lectionem faciunt, plerasque habere, ac non immerito existimari eum ex Harpocrationis libro eas descripsisse: quum Harpocration & prior

eo fuerit, & multos scriptores testes citet, quorum alibi nulla sit à Suida mentio. Alioqui ex uno eodemque hausisse fonte videri possent: quamvis apud Suidam alicubi plura, alicubi contra pauciora legantur: & alicubi emendatior ejus sit lectio, alicubi mendosior: alicubi eadem omnino menda, nominatimque eædem alicujus vocis aut aliquarum vocum ἐλλείψεις, habeantur. Exempli gratia, in vocabulo σκαφηφόροι, legitur apud Harpocrationem pariter & Suidam, οὐχ ἡμῖν ἔχοντες χάριν τῆς πολιτείας, ἀλλὰ τῶν ἐργυρίων. οὔπω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Hunc locum sive apud Harpocrationem sive apud Suidam quis legat, multum illi negotii facesset particula γὰρ, quoniam nihil videre poterit cujus rationem illa reddat, adeoque nec quomodo hæc οὔπω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι, cum præcedentibus cohæreant. Nec mirum si hoc in loco apud utrumque lexicographum hærebit: quum apud utrumque inter ἐργυρίων & οὔπω desint hæ tres voces, ἀντὶ τοῦ μέτοικοι. optime enim (his insertis) cohærere illa videbis, οὔπω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Nam apud illos quum post σκαφηφόροι sequi deberet ἀντὶ τοῦ μέτοικοι, deinde afferri locus Dinarchi ubi sic usus est illo vocabulo: contra continuo post σκαφηφόροι ponitur, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγασικλέους φησὶν, & his subjunguntur ejus verba: istis vero illa, οὔπω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι, omissis illis quæ interjicienda sunt (uti dixi) & quidem è veteris libri auctoritate. Libuit enim, ut tibi magis in hac parte Harpocrationis edenda gratificarer, etiam unum è meis in quosdam illius locos Schediasmatis quod alioqui cum cæteris dilatum fortasse diu fuisset, tibi repræsentare: simulque de ista Harpocrationis in quibusdam locis consuetudine te mo-

nere,

nere, expositionem vocabuli talem in locum reservandi: id est, non ponendi nisi post ipsius auctoris verba.

Ne hoc quidem ignorare te velim, Suidam plerumque Isocratis nomen tacere, etiamsi aliquod vocabulum quo is usus est, exponat: interdum in fine tantum ponere, post alia multa, ad ipsum Isocratem, licet ejusdem vocis & ibi fiat mentio, non pertinentia. ut videre est in Παραγραφή. Cum hoc autem, tum alia, in causa fuerunt cur alicubi ad ipsum remittere, quam totum afferre locum maluerim. Quod alioqui & apud Harpocrationem quibusdam in vocabulis feci.

Quum vero & aliquot propria nomina tum virorum tum locorum ex utroque cæteris vocabulis interjecta essent, ea omittenda censui: præsertim quum eo in numero nonnulla sint ex iis etiam quæ cuique satis esse nota possunt. Nam & Agesilaus unum eorum est, Ἀγησίλαος (inquit) οὗτος ἦν, ὡς ὁ Ξενοφῶν δηλοῖ, βασιλεὺς Λακ. &c. Id est, Agesilaus. Hic, ut Xenophon declarat, Lacedæmoniorum rex erat, clarus & strenuus: & multa Asiæ loca in suam potestatem redegit, usus eorum militum qui cum Cyro ascenderant opera. Hæc fere sunt de quibus te, antequam tibi ad Harpocrationem & Suidam aditum patefacerem, præmonendum putavi.

ἈΓΕΛΑΙΏΝ. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, τῶν πολλῶν σοφιστῶν καὶ πλανητῶν· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀγελαίων ζώων, ἃ βόσκεται εἰς ἃ τύχοι χωρία· ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς ἀγελαιοβοσκάδας φασὶ ῥᾴδιον, καὶ ἀγεληδὸν ἢ ἀθρόα, ὁ ἀγελαῖος.

ἈΓΕΛΑΙΏΝ, apud Isocratem in Panathenaica oratio-

tione. Perinde ac si diceret, vulgarium Sophistarum & erronum. Locus autem Isocratis in Panathen. pag. 236, est hic, ἀπαντήσαντες γάρ μοί τινες τῶν ἐπιτηδείων ἔλεγον ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων, διαλ. &c. Ubi quod additur, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων, occasionem fortasse præbuit Harpocrationi addendi illud πλανητῶν: quum alioqui sufficere posset τῶν πολλῶν. Alioqui non minus placeret eodem alioqui sensu exponere τῶν τυχόντων, τῶν ἀπερριμμένων vel, τῶν καταβεβλημένων καὶ κατημελημένων: ut hæc duo participia copulantur ab Isocrate hac in ipsa oratione. Gregarios Sophistas interpretando, vocem quidem voci respondentem habebimus; sed tamen ita ut alia in Latino quam in Græco vocabulo futura esse videatur. Cæterum non διαβόσκεσθαι sed βόσκεσθαι apud Suidam legitur: quod & malo.

ΑΓΩΝΙΑΝ, τὸ ἀγωνίζεσθαι. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἀγωνιῶντας ἀντὶ τοῦ ἀγωνιζομένους περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ Πανηγυρικῷ.

ΑΓΩΝΙΑΝ, in significatione verbi ἀγωνίζεσθαι, apud Isocratem in oratione De antidosi. Itidemque ἀγωνιῶντας, significans ἀγωνίζεσθαι, apud eundem in Paneg. Hæc Harpocration: sed omittere non debuit, poni itidem nomen ἀγωνία (unde factum est verbum ἀγωνιᾶν) pro ἀγὼν, & quidem apud eundem oratorem in Evagoræ encomio. Nam ibi plurale ἀγωνίας legimus, pro ἀγῶνας, id est certamina: pag. 1, οἱ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες. Digna autem fuerunt ἀγωνία & ἀγωνιᾶν quorum hæc significatio notaretur, quum jam hæc obsolevisset, & aliam accepissent.

ἈΔΕΛΦΙ΄ΖΕΙΝ, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτει ἐν Αἰγινητικῷ.

ἈΔΕΛΦΙ΄ΖΕΙΝ, fratrem appellare, apud Isocratem in Æginetica oratione. Habes autem pag. 390: εἶτα νῦν ἀδελφίζειν αὐτὸν ἐπιχειρήσουσιν. Sic autem πατρίζειν à quodam inuenio annotatum pro Patrem appellare, non solùm pro Patrem imitari: sed neutrius significationis exemplum affertur. Hanc autem posteriorem significationem & πατριάζειν & πατρώζειν habere constat. Nominat alioqui Harpocration & alios qui verbo ἀδελφίζειν ita usi sint.

ἈΝΑΙΡΕΘΕΙ΄Σ, ἀντὶ τοῦ ἀναληφθεὶς καὶ τραφεὶς, παρ' Ἰσοκράτει Φιλίππῳ.

ἈΝΑΙΡΕΘΕΙ΄Σ, Sublatus & educatus, apud Isocr. ad Philippum. Intelligendum autem istud participium Sublatus, sequendo eum verbi Tollere usum quo dicitur à Terentio,

Quicquid peperisset, decreverunt tollere.

Educatus autem addo, quòd pro τραφεὶς reponam τραφείς. Locus est pag. 95. ἐκτεθεὶς μὲν ὑπὸ τῆς μητρὸς εἰς τὴν ὁδὸν, ἀναιρεθεὶς δ' ὑπὸ Περσίδος γυναικός. Ad hanc autem accedit significationem illud ἀναιρεθεὶς, quod de eo dicitur cujus cadaver sublatum fuit ad sepulturam. Cujus significationis ignoratio multos interpretes in errorem impulit.

ἈΝΤΙ΄ΘΕΣΙΣ, Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ. Σχῆμα λέξεως ἐστὶν ἡ ἀντίθεσις, καθ' ἣν ἀντιτιθέασιν ἀλλήλοις τὰ ἐναντία, ἤτοι κατὰ μέρος, ἢ ἀθρόα.

ANTITHESIS, apud Isocr. in Panath. Figura orationis est Antithesis, per quam inter se opponunt contraria vel singulatim, vel confertim. Nisi quis pro ἀθρόα dicere malit, multa simul. Dicit autem

Harpocr. σχῆμα λέξεως, ad differentiam eorum quæ vocantur σχήματα διανοίας. In principio illius orationis occurrit locus ille. Ibi enim legitur, καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν. videlicet λόγοις. Ut autem ἀντιθέσεων & παρισώσεων ab Isocrate mentio hic fit simul, ita etiam à Dionysio Halicarnasseo ea conjungi videmus, earum usum, & quidem nimium, apud hunc oratorem esse dicentem. Sed παρισώσεσιν addit παρομοιώσεις. Quod si quis utriusque generis antitheseωn ab Harpocratione propositi exempla videri cupit, plura apud Harpocrationem legat. Idem ἀντίθετον quoque ab Æschine vocari hoc schema scribit.

Α'ΠΑΡΙΘΜΩ͂Ν, ἀντὶ τοῦ ἀποπληρῶν ἀριθμόν. Ἰσοκράτης Φιλίππῳ.

Α'ΠΑΡΙΘΜΩ͂Ν, id est, Explens numerum. Isocrates ad Philippum.

Videndum an significatio hæc satis isti loco conveniat, pag. 87. ἀναγινώσκῃ δέ τις αὐτὸν ἀπιθάνως, καὶ μηδὲν ἦθος ἐνσημαινόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμῶν.

Α'ΠΙΣΤΕΙ͂Ν ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν, Ἀντιφῶν κατὰ Λαισποδίου, Ἰσοκράτης ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Φίλιππον.

Α'ΠΙΣΤΕΙ͂Ν pro ἀπειθεῖν, Antiphon adversus Laespodiam, Isocrates in sua ad Philippum epistola. Addit verò & ἀπιστίαν eodem modo pro ἀπείθειαν dixisse Demosthenem, & alios plerosque. Ita quidem Harpocration: sed exemplaria ut nec in istis duobus nominibus, nec in illis duobus verbis sibi assentiri sciendum est.

Interim autem observa hic vocare epistolam ad Philippum, non autem orationem: quum alioqui dicat alibi passim Ἰσοκράτης Φιλίππῳ.

Α'ΠΟ-

ἈΠΟΛΕΛΟΙΠΌΤΕΣ, ἀντὶ τοῦ νενικηκότες. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν δρομέων. οἱ γὰρ νικῶντες ἀπολείπουσι τοὺς ἡττημένους. Ἰσοκράτης Παναθ. καὶ Πανηγ.

ἈΠΟΛΕΛΟΙΠΌΤΕΣ, id est Qui vicerunt: Metaphora à cursoribus. qui enim vincunt, relinquunt eos qui victi sunt. Isocr. Panath. & Panegyr.

Latini, eadem metaphora utentes, non simpliciter dicunt Relinquere, id est ἀπολείπειν, sed A tergo relinquere. Quum autem valde usitata sit hæc metaphora in voce passiva ἀπολείπεσθαι, (unde & ἀπελείφθη habes in Panegyr. pag. 49. pro Victa fuit: vel Inferior fuit, aut Postremas tulit: habes ἀπολειφθέντες dictum itidem in Panath. pag. 266) contrà rara est in activa ἀπολείπειν. Ideoque non mirum est si Harpocration dignam judicavit quam annotaret.

ἈΠΟΠΟΜΠΆΣ, ἀποτροπάς, Ἰσοκράτης Φιλίππῳ.

ἈΠΟΠΟΜΠΆΣ, aversationes, Isocr. ad Philippum.

Haud commodè tamen Latinè possit quis dicere Aversationes horum facere, pro Aversari hos, sicut Græcè dicitur ἀποτροπὰς ποιεῖσθαι, & frequentius ἀποτροπὴν ποιεῖσθαι. Locus autem est pag. 106, τοὺς δ' οὐκ ἐν ταῖς εὐχαῖς, οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις ὑμνουμένους, ἀλλ' ἀποπομπὰς αὐτῶν ἡμᾶς ποιουμένους. Id est, sed illos aversantes, aut etiam, detestantes. At verò ἀποπομπαῖοι θεοὶ aliter dicuntur, minimèque ἀναλόγως huic significationi: sed ita vocantur tanquam depulsores, (videlicet malorum) & aversores, seu propulsatores: dies tamen quibus illis sacrificabatur, ἀποπομπαὶ vocabantur.

ἈΡΧΑΙΏΣ, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. Τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν. ἔνιοι μὲν φασὶ σημαίνειν ἀρχαιοτρόπως. τουτέστιν, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι.

ἈΡΧΑΙΏΣ, apud Isocr. Panegyr. pro ἀρχαιοτρόπως, in Panegyr. Legitur autem pag. 42. is quem affert locus, non procul à principio Panegyrici: sed pro διελθεῖν ibi est διεξελθεῖν: quod magis probo. Sonare autem dici posset ἀρχαιοτρόπως, i. Antiquo more. vel Modo quodam qui suam antiquitatem sapiat aut redoleat: sed ipsummet Harpocrationem audimus exponentem, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι: sic tamen ut ambiguum sit an ex suo an ex aliorum judicio ita exponat ἀρχαιοτρόπως: sequens nimirum judicium eorum qui pro ἀρχαιοτρόπως accipi censuerunt. Quare videndum an rectè interpres verterit hunc locum ita, Tum iis quæ recens acta sunt, quædam vetustatis opinio conciliari queat. Cæterùm suspicor scripsisse Harpocrationem, Θουκυδίδης δὲ ἐν τῇ πρώτῃ. ut videlicet particula δὲ præcedenti μὲν respondeat, per oppositionem. Sed emendatione opus habere videtur ille locus Thucydidis.

ἈΥΘΈΝΤΗΣ, ὁ αὐτόχειρ ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει, αὐθέντης.

Harpocrationis locus hic donec suæ integritati restitutus fuerit, haud facilè fuerit illius mentem excruere. Quorsum enim hîc διὸ ante παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης ponitur? Sed eadem tamen apud Suidam scriptura exstat. Illud quidem αὐθέντης nondum mihi apud Isocratem occurrit, quod quidem meminerim: sed αὐτόχειρες legimus in Panegyr. pag. 64. μᾶλλον τὸ ἰδόμεν τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς φονέας ὑπὲρ ἑαυτῶν. Sed hanc loci istius scripturam vix puto ab Harpocratione potuisse agnosci: quid enim attinebat post αὐτόχειρας illud φονέας adjicere?

ΔΕΚΆΖΩΝ, Ἰσοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης. ὅτι τοῦτο ἐστὶ

ἀρχαῖοι ἀπῄτουν. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας πόθεν τὸ πρᾶγμα εἴρηται δηλοῖ, γράφων. Λύκος ἐστὶν ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, θηρίου μορφὴν ἔχων, πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γινόμενοι συνεστρέφοντο, ὅθεν εἴρηται Λύκου δεκάς. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν [illegible]

δεκάζειν, apud Isocratem De pace. Quid autem sit istud, notum est omnibus. Eratosthenes autem in iis quæ de antiqua comœdia scripsit, unde res hæc dicta sit, declarat. Interpretor autem, haud notum est omnibus: quoniam præfixa particula οὐ, lego, οὐ δῆλον ἅπασιν. Cætera quæ adjungit, conferenda cum iis quæ a Zenodoto, Suida & Hesychio scribuntur, & videndus Erasmus in proverbio, Lupi decas. Quod autem ad Isocratis locum attinet, is exstat in illa oratione, pag. 169. Cæterum sequendo quam habemus lectionem, τὸ, ὃ μὲν τοῦτ' ἐστὶ δῆλον ἅπασιν, intelligendum erit, notum esse quidem omnibus verbi hujus usum; sed non item hujus usus originem, verum ab Eratosthene eam declarari. Alioqui videri posset scribendum, οὐ δῆλον ἅπασιν: uno autem ὃ μὲν τοῦτ' ἐστὶ dicendum esset significare, Unde data sit isti vocabulo hæc significatio. Sed aliter loquuturus fuisse videtur, si hoc dicere voluisset.

ΔΕΚΑ καὶ ΔΕΚΑΔΟΥΧΟΣ. Ἰσοκράτης ἐν τῷ πρὸς Καλλίμαχον παραγραφῇ. ἦρχον μὲν [illegible] οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα κατασταθέντες [illegible] Ἀθήνησι [illegible] δέκα [illegible] ἐκ [illegible] τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχος, ὡς δῆλον ποιεῖ Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους κλήρου.

ΔΕΚΑ

ΔΕ΄ΚΑ & ΔΕΚΑΔΟΥ΄ΧΟΣ, apud Isocratem in Exceptione adversus Callimachum. Rerum enim potiebantur viri decem; qui post eos qui Triginta vocabantur constituti fuerant. Cæterum de viris decem qui Athenis creati fuerunt quum abrogatum viris triginta esset imperium, & de illis quæ sequuta sunt, dixit Androtion libro tertio. Horum autem decem magistratuum quisque Deçaduchus vocabatur, ut Lysias declarat, in oratione quæ inscribitur περὶ τῶν Διογνίου κλήρου. Sed videtur scribendum, περὶ δὲ τῶν κατὰ καταλύσιν. Immo nec κατὰ satis placet, verum malim μετά. Quinetiam in principio hujus observationis, non δέκα, sed οἱ δέκα (pro eo quod Latini dicerent Decem viri) scriptum ab Harpocratione fuisse verisimile est: quum omnino requiratur articulus, (ut etiam legimus circa principium illius παραγραφῆς adversus Callimachum, ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες) ac verisimile sit, quum hunc autor præfixisset, à quopiam fuisse sublatum, quod ordinem alphabeticum interrumperet. At in Panath. ubi non δέκα simpliciter, sed δέκα μόνους ἄνδρας dixit, meritò articulum omisit. Fortasse autem pro δεκαδοῦχος suspicetur quispiam scribendum δεκάδαρχος. De qua suspicione vide quæ dicentur in observatione proximè sequente nominis δεκαδαρχία.

ΔΕΚΑΔΑΡΧΙ΄Α, Ἰσοκράτης. τὰς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατασταθείσας πόλεσι δεκαδαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί. ὁ μέντοι Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο τοὔνομα. Φησὶ γὰρ ὅτι Λακεδαιμόνιοι δέκα μόνον ἄνδρας κυρίους ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν. Φίλιππος μέντοι περὶ Θετταλοῖς δεκαδαρχίας οὐ κατέστησεν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἕκτῳ Φιλιππικῶν Δημοσθένους, ἀλλὰ τετραρχίαν.

ΔΕΚΑΔΑΡΧΙ'Α, apud Iſocratem. Hiſtorici ſubinde vocant Decadarcheas, quæ à Lacedæmoniis conſtitutæ ſunt in urbibus. Iſocrates verò in Panathen. vocabulum hoc quodammodo expoſuit. ſcribit enim Lacedæmonios unamquanque urbem in poteſtatem virorum decem tradidiſſe. Philippus tamen apud Theſſalos non conſtituit decadarchias (ut ſcriptum eſt in Philipp. v i. Demoſthenis) ſed tetrarchiam. Niſi forte τετραρχίαν in τετραρχίας mutandum quis cenſet. Scripſiſſe porro Harpocrationem δεκαδαρχίαι, non δεκαδαρχία, exiſtimo, initio hujus ſuæ obſervationis. Sic certè apud Iſocratem in oratione ad Philippum pluralem numerum habemus. pag. 101, περὶ τὰς δεκαδαρχίας τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων. Nec dubito quin Harpocration locum hunc ſignificare voluerit, atque adeo hujus etiam ipſius orationis nomen addiderit, qui omiſſus à librario fuerit. Quod vero attinet ad illum Panathenaici locum, in quo ſcribit Iſocratem quodammodo vocabulum illud δεκαδαρχίας ἐξηγήσασθαι, id eſt expoſuiſſe, pulcherrimam ejus emendationem una eademque opera nobis ſuppeditat. Quum enim non in hac mea tantùm editione ſed in aliis quoque ſcriptum ſit, ἀλλὰ δέκα μόνους ἄνδρας ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν, quis hærere hic non cogatur? At ecce, jam hærere deſinemus, quum κυρίους genitivo illi adjiciendum ex iſto lexicographo didicerimus. Ne hoc quidem omittendum, apud Suidam legi δεκάρχαι, non δεκαδάρχαι: & ἀναλόγως ibidem ſcriptum eſſe δεκαρχίας, non δεκαδαρχίας. (Simul autem animadvertendum, ſcriptum eſſe apud eum καταστηθείσας ἐν ταῖς πόλεσι) Atqui δεκαδάρχαι, iidem & δεκάδαρχοι dicuntur. Adeo ut ſuſpectum cuipiam eſſe poſſit illud δεκαδοῦχος, quod

in præcedente Harpocrationis observatione legitur: etiamsi apud Suidam eadem scriptura exstet. Respondendum fuerit alioqui, dictum esse δεκάδουχος, tanquam δεκάδα ἔχων, ea forma qua alia quædam ex verbo ἔχω composita.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, ὁ δημόσιος βασανιστής. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ σχεδὸν ἐξηγήσατο τοὔνομα.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, Publicus tortor. Isocrates in oratione quæ Trapezitica vocatur, propemodum exposuit hoc vocabulum.

Locus in quo Isocratem propemodum exposuisse hoc vocabulum scribit, est hic, pag. 361, καὶ ἐγὼ μὲν ἠξίουν αὐτοὺς μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν, ἕως ἂν τἀληθῆ δόξειεν αὐτοῖς λέγειν. οὗτος δὲ οὐ δημοκοίνους ἐφασκεν ἐλέσθαι αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκέλευε λόγῳ πυνθάνεσθαι παρὰ τοῦ παιδὸς εἴ τι βούλοιντο. Ideo autem puto dici ab illo eum propemodum exposuisse hanc vocem, quod præcedat, μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν, perinde videlicet acsi δημόκοινος esset ὁ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν.

ΔΙΑΘΕΣΙΣ, αὐτὴ ἡ πρᾶσις, Ἰσοκράτης Βουσίριδι.

ΔΙΑΘΕΣΙΣ, pro venditione, apud Isocratem Buside.

Quamvis autem rarus sit hic verbi διατίθεσθαι usus, non tamen Isocrati peculiaris: sicut nec is activæ vocis usus quem habet apud eum adverbio juncta, pag. 64. & 65. Nam illic legimus, εἶτα οὐκ αἰσχύνονται τὰς μὲν ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως διαθέντες, τῆς δὲ ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες. id est, quum suas civitates tot injuriis contra leges affecerint. At vero pag. sequente, οὓς ἡμεῖς οὕτω διέθεμεν, ὥστε μὴ μόνον παύσασθαι στρατείας ἐφ' ἡμᾶς ποιουμένους. Id est, Quos ita tractavimus. Vel, Quos in eum statum redegimus. Non enim assentiri

possum interpreti, vertenti, Quos ita compescuimus. Libuit autem, facta mentione illius usus vocis passivæ, & de hoc activæ usu istud annotare, præsertim quum Isocrati multo sit magis quam aliis vetustis scriptoribus familiaris. Sed addam alium paulum diversum ex Panath. pag. 262. ibi enim dicens, καὶ διαθέντες οὕτω πρὸς ἡμᾶς, intelligit, Qui hunc illis erga nos affectum indunt, sive Qui eos sic affectos erga nos reddunt, vel animatos.

ΔΙΕΣΚΑΡΙΦΗΣΑΜΕΘΑ, ἀντὶ τοῦ διελυσάμεθα. σκάριφον γάρ ἐστι τὸ κάρφος, καὶ φρύγανον. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὐφύσητα. Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, Περὶ ἰσχύος δὲ διεσκαριφησάμεθα. Σκαριφήσασθαι γάρ ἐστι, τὸ ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν, καὶ μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκρίβειαν.

ΔΙΕΣΚΑΡΙΦΗΣΑΜΕΘΑ, id est, dissolvimus. Nam σκάριφον est idem quod κάρφος & φρύγανον. hæc autem sunt ejusmodi ut facilè dissolvantur & flatu excutiantur. Isocr. in orat. Areopagitica, περὶ ἰσχύος δὲ διεσκαριφησάμεθα. Nam σκαριφήσασθαι est aliquid raptim facere, & non tam accurate quam par est.

Apud Suidam eadem leguntur: nisi quod ipse Isocratis locus non affertur: sed hæc verba, οὕτως Ἰσοκράτης, sequitur, σκαριφήσασθαι ἐστὶ τὸ ἐπισυρεῖν. &c. Non abs re autem quis in hac Harpocrationis observatione quædam miretur: primum, unde sint illæ duæ voces περὶ ἰσχύος, quas verbo διεσκαριφησάμεθα præfigit: deinde, quomodo exponat verbo διελυσάμεθα, quum hoc ipsum ab Isocrate verbum subjungatur: (apud eum enim legimus, illa in oratione, pag. 142. οὐδένα χρόνον τὰς δυστυχίας καταισχῦναι ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελυσάμεθα αὐτάς.) postremo, quomodo cum præcedentibus cohæreant ista quæ Ari-

stophanis (*voluit* Isocratis) locum sequuntur, σκαριφησμὸς γὰρ ἐστι, τὸ ἐπιπολαιούργημα. &c. Cujus enim rei rationem hic particula γὰρ reddit, quum alia sit omnino expositio, ac minime cum præcedente conveniens? Sed duo sunt eorum quæ proposui in quibus nos aliquantum Suidas juvat. Ac primum ad hanc posteriorem expositionem quod attinet, apud eum vocula γὰρ illi non adhibetur, sed legitur, σκαριφησμός ἐστι τὸ ἐπιπ. ut antea dixi. Nec dubito quin omissa fuerit particula disiunctiva ante verbum σκαριφησμὸς, & Harpocr. scriptum reliquerit ἢ σκαριφ., ut ea uti mos est quum diversa expositio proponitur. Alioqui dicitur etiam, κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, vel aliquid tale. Præterea videmus Harpocrationis lectionem, in iis quæ profert tanquam ex Isocrate, & minime tamen cum nostris conveniunt (nisi & in alio hujus orationis loco ita verbo διεσκαριφησάμεθα utitur) a Suida non confirmari. Quod si quis eum ipsum esse locum sibi persuader, sed ab hoc lexicographo aliud quam περὶ ἰσχύος scriptum fuisse, manet interim illa dubitatio quam movi primam, quomodo illud vocabulum διεσκαριφησάμεθα exponatur voce διελύσαμεν, quæ ab ipso Isocrate cum altera illa velut copulatur. Ac mihi certè fit verisimile illum non verbo διαλύειν, sed aliquo alio usum esse. Aliud autem aptius in mentem mihi non venit quam διερρίψαμεν. Cæterum alia quædam hoc de verbo (quo nullum in toto Isocratis opere magis aliis inusitatum esse arbitror) in meo Thesauro Græcæ linguæ legere poteris.

ΕΙ'ΛΩΤΕΥ'ΕΙΝ, τὸ δουλεύειν. Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. εἵλωτες γὰρ οἱ μὴ ὄντες δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων, ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ μαρτυροῦσι καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ πρώτῃ.

ΕΙ

ΕἹΛΩΤΕΎΕΙΝ, ſervire, Iſocr. Paneg. nam *εἵλωτες vocabantur* qui Lacedæmoniorum ſervi erant, non ab ipſo ortu, ſed capti primi ex illis qui urbem dictam Helos incolebant: ut cum alii multi teſtantur, tum Hellanicus libro 1.

Iſocratis de Lacedæmoniis verba in illa oratione ſunt, τῇ αὐτῶν πόλει τοὺς ὁμόρους εἱλωτεύειν ἀναγκάζουσι. Sed εἱλωτεύειν non exponerem ſimpliciter δουλεύειν, cum Harpocratione, verum δουλεύειν ὥσπερ εἵλωτα. & illo in loco, δουλεύειν ὥσπερ εἵλωτας, vel, ὥσπερ εἵλωτας ὄντας. ſive, δουλεύειν εἱλωτικόν τινα τρόπον. aut etiam, δουλεύειν εἱλωτικῶς, ſi hoc uti adverbio liceret. Latine autem dici poſſet, Heloticam quandam ſervitutem ſervire. Valde autem duram hanc fuiſſe, ex alio ejuſdem oratoris loco diſcimus. Cæterum hyperbole quadam utens, eos è ſervis dominos ſuos à nonnullis Græcis factos ſcribit, pag. 64.

ἘΠΑΚΤΟΣ ὅρκος, ὃν αὐτός τις ἑκὼν αὑτῷ ἐπάγεται, τουτέστιν αἱρεῖται. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Χαιρέστρατον καὶ Ἰσοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσιν. ἔστι δὲ ὅρκου τρία εἴδη, ἀπώμοτος καὶ κατώμοτος, καὶ ὁ καλούμενος ἐπακτός. ἔστι δὲ τοῦτον οὐχ ἁπλοῦν. δεῖ γὰρ τὸν προτεινόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρκίζοντος αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀντιφωνεῖν τὸν ὁρκιζόμενον.

ἘΠΑΚΤΟΣ ὅρκος, (eſt autem ὅρκος *jusjurandum*) quem quis ſibi defert. id eſt ſpontaneus. Lyſias in orat. ad (*vel adverſus*) Chæreſtratum, & Iſocrates Apolloniates in ſuis ad Demonicum monitis. Sunt vero ejus tria genera, ἀπώμοτος & κατώμοτος & qui ἐπακτὸς appellatur. Hunc autem non eſſe ſimplicem. oportet enim ei quod proponitur ab eo qui jusjurandum defert reſpondere iiſdem verbis cum cui defertur.

Valde nova nec vera hæc ἐπακτοῦ ὅρκου expositio non immerito lectori videatur, quum vix ullus inveniri possit qui in dubium vocandum putet an ἐπακτὸς ὅρκος sit qui ab alio defertur. Neque tamen negari potest quin Harpocrationis menti assentiatur mea interpretatio. nam αὐτῷ recte à me scribi, non αὐτῷ, ut sit pro ἑαυτῷ, ostendit Suidas, quum apud eum legatur ἑαυτῷ: & hujus expositionis totius verba sint apud eum ista, ὃν ἄν τις αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτῷ ἐπάγηται. τουτέστιν αἱρεῖται. Illa autem, ὃν ἄν τις αἱρῆται (nam ita scribendum est, sicut præcedit ἐπάγηται) vel ὃν τις αἱρεῖται, una voce reddo Spontaneus. quum & Voluntarius reddi (ut opinor) queat. Recte autem apud eundem Suidam corrigitur illa expositio hac proxime sequente, ἄλλοι δὲ τοὐναντίον, ὁ ἀλλαχόθεν ἐπιφερόμενος, ἀλλ' οὐκ αὐθαίρετος. Quibus verbis subjungitur mentio illorum trium generum jurisjurandi. Sed quod ad posteriorem hanc ἐπακτοῦ ὅρκου expositionem attinet (quam & ego multo meliorem, immo solam bonam esse judico) jam apud eundem lexicographum præcesserat, antequam περὶ τοῦ αὐθαιρέτου intelligi debere diceretur. Hæc enim ibi præcedunt, Ἐπακτὸς ὅρκος, ὁ μὴ αὐθαίρετος, ἀλλ' ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει. Jam vero & ipse Isocratis locus, sive Apolloniatæ, sive alius (ut antea dictum fuit) qui tempore Dionysii Halicarnassei vixit, ad amplectendam posteriorem hanc ἐξήγησιν, rejiciendam priorem (quod pace Harpocrationis, magni alioqui viri, dictum sit) compellere nos videtur. Ibi enim ita eum monet, jusjurandum epactum admitte, duabus de causis: vel ut teipsum turpi crimine liberes, vel ut amicos è periculis eripias. Nam hic observandum est dici προσδέχου, id est admitte: atqui quomodo quis

jusjurandum spontaneum, non autem ab alio delatum, admittere diceretur? Illud vero διὰ δύο προφάσεις libenter aliter interpretarer, quam duabus de caussis: quum hæc verba respondeant potius Græcis istis, διὰ δύο αἰτίας: & quæ subjunguntur illis verbis διὰ δύο προφάσεις, non tam sint duæ caussæ propter quas jusjurandum admitti debet, quam duæ res quæ quum accidunt, præ aliis ad jusjurandum admittendum impellere debent.

In illis porro Harpocrationis quæ sequuntur verbis, ubi de tribus jurisjurandi generibus loquitur, desidero verbum ad quod illud τὸ referri possit. Præterea vereor ne aliud quam ἁπλοῦν ipse scripserit. In sequenti autem & ultima hujus observationis periodo lego τῷ προτεινομένῳ, sive τοῖς προτεινομένοις pro τὸν προτεινόμενον, ut ostendere vel mea hujus loci interpretatio potest.

ἘΛΑΦΡΟΤΑΤΟΥΣ, ἐν ἐπαίνῳ λέγουσι τοὔνομα οἱ παλαιοὶ, ἀντὶ τοῦ πρᾳοτάτους· κατὰ τὸ ἐναντίον τῷ βαρυτάτους καὶ φορτικωτάτους. Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ, Σφᾶς δὲ αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας.

ἘΛΑΦΡΟΤΑΤΟΥΣ. In laudem utuntur veteres hoc vocabulo, pro πρᾳοτάτους, ut contrario his, βαρυτάτους & φορτικωτάτους. Isocrat. Panath. σφᾶς δὲ αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας.

Facit autem pro Harpocrationis expositione locus hic qui eadem in oratione legitur, pag. 244, μάλιστα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄν τις δυνηθείη καλιδεῖν ὅσῳ μετριώτερον καὶ πρᾳότερον ἡμεῖς τῶν πραγμάτων ἐπεμελήθημεν. Nam illi superlativo ἐλαφροτάτους, quod exponit πρᾳοτάτους, vides

co-

eodem modo ſubjungi μετριωτάτους, quo hic comparativo μετριώτερον ſubjungitur πρᾳότερον (neque enim in hujuſmodi copulationibus ratio ordinis ſemper habetur) ac fieri poteſt ut in illa expoſitione ad locum hunc reſpexerit. Quum autem dicit καὶ τὸ ἐναντίον τῷ βαρυτάτους & φορτικωτάτους, reſpicit ad eas voces quæ eo in loco præcedunt iſtas; & tamen non omnino eaſdem affert quas ibi legimus. Nam ita ſcriptum habemus totum locum, τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως φέροντας, σφᾶς δὲ αὐτοὺς ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας. Apud Suidam paulo aliter quam apud Harpocrat. ſcriptum eſt, ἐν ἐπαίνῳ λέγουσι τὸ ὄνομα οἱ παλαιοὶ, ἀντὶ τοῦ πρᾳοτάτους, καὶ τὸ ἐναντίον τοῦ βαρυτάτου καὶ φορτικωτάτου. Iſtud igitur colligendum hinc eſt, Harpocrationem & Suidam (niſi potius Harpocrationis tantum mentio facienda eſt, quum Suidam ex illo mutuatum eſſe vix quiſquam neget) hunc quidem in voce φορτικωτάτους, illum autem in vocabulo φορτικωτάτου, ad illud ἀηδίας reſpexiſſe: perinde ac ſi ἡ ἀηδία & τὸ φορτικὸν, aut etiam τὸ φορτικώτατον, idem ſonarent.

Verum, quamvis paulo ante ἐλαφροτάτους, ſicut & μετριωτάτους, ſcripſerim in illo Iſocratis loco, tanquam & in hac mea editione ita legeretur, nunc contra fateor, in ea, ſicut in Aldina & aliis, ἐλαφροτέρους male ſcriptum eſſe, ac ἐλαφροτάτους ex iſto Harpocrationis loco reponendum eſſe: etiamſi, vel eo tacente, aliquem hanc emendationem ſibi permittere potuiſſe exiſtimem.

ἘΠΙΘΈΤΟΥΣ ἑορτὰς, Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ. τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας, ἐπιθέτους ἐκάλουν.

ἘΠΙΘΈΤΟΥΣ ἑορτὰς (perinde acſi quis dicat, Adjecti-

jectitia festa, sive adscititia) quæ patriæ non erant, sed alia de causa decreto approbatæ, ἐπιθέτους appellabant.

Locus Isocratis pag. 145 exstat, οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτὰς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον. Ubi tamen interpres peregrinas ferias vertit, non adjectitias, aut adscititias, vel advectitias, vel adventitias: quorum unoquoque, ac præsertim illorum priorum, vim vocabuli & originem ostendisset. Cæterum ad expositionem Harpocrationis quod attinet, in qua, inter cætera, τὰς μὴ πατρίους esse dicit, sciendum est, apud Isocratem, proximè præcedere, τὰς πατρίους θυσίας ἐξέλειπον. ita enim scribendum est, non ἐξέλιπον.

ΕΠΙΣΗΜΑΙΝΕΣΘΑΙ, ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν, καὶ, ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν, ἐπιφωνεῖν. Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ.

ΕΠΙΣΗΜΑΙΝΕΣΘΑΙ, id est, Laudare, atque (ut consueto nobis sermone dicitur) ἐπιφωνεῖν. Isocrat. Panath.

Locus Isocratis est in ipso Panathenaici principio, καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. Ubi observa etiam θορυβεῖν eadem de re dictum. Nisi forte ἐπιθορυβεῖν potius scripsisse existimandus est, quod sæpe hujusmodi locis adhibetur. Verum & simplex θορυβεῖν hac de re dictum in alio ejusdem orationis loco legitur: & quidem ab ipso Isocrate explicatum. Nam hæc sunt ejus verba, circa finem ejusdem orationis, pag. videlicet 288, habemus, ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρόντας ἀξιώσαντος ἀποφήνασθαι περὶ ὧν παρεκλήθησαν, οὐκ ἐθορύβησαν; (ἃ ποιεῖν εἰώθασι πᾶσι τοῖς χα

ελέντως διαλεγομένοις) ἀλλ᾽ ἀνεβόησαν, ὡς ὑπερβαλλόντως εἰρηκότος.

ἘΠΙΣΤΑΘΜΟΣ, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. Ἑκατόμνως δὲ ὁ Καρίας ἐπίσταθμος. ὃς οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ κατὰ σατραπείαν Καρίας κύριος ὑπῆρχεν.

ἘΠΙΣΤΑΘΜΟΣ, Isocrates oratione Panegyrica, Ἑκατόμνως δὲ ὁ Καρίας ἐπίσταθμος. Quod nihil aliud est quam, κατὰ σατραπείαν Καρίας κύριος ὑπῆρχεν.

Ideo autem ita interpretor, quod nihil aliud est (nisi quis malit, quod nihil aliud sonat) quoniam scribo, ὃ οὐδὲν ἕτερον ἦν, vel potius ἐστί. At vero apud Suidam mendosus etiam legitur hic locus, ita videlicet, ὃς οὐδὲν ὕστερον ἦν ἢ κατὰ σατραπείαν Καρίας κύριος. Hæc autem verba ita reddi posse existimo, per Satrapeian (nisi quis malit Satrapeiæ jure) dominus Cariæ. Vel, Cariæ dominus, utpote satrapa. Interpres hoc loco vertit, Cariæ præses. Legitur autem in alio ejus orationis loco, pag. 65, καὶ προσέθεσαν ἃ χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, καὶ μονονοὐκ (ita enim potius scribendum quam disjuncte μόνον οὐκ) ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι καθίστασι. ubi idem interpres præfectos reddit. Non dubium est tamen quin eadem utrobique hujus vocabuli esse interpretatio debeat. & hic de rege Persarum agitur, ἐπιστάθμους in Græca non secus quam in Asia sua, constituente.

ἬΠΕΙΡΟΝ. σύνηθές ἐστι τῷ Ἰσοκράτει τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν. ὥσπερ ἐν τῷ Φιλιππικῷ καὶ Ἀρχιδάμῳ.

ἬΠΕΙΡΟΝ. In more habet Isocrates regionem quæ est sub regis Persarum ditione, ita vocare: ut in Philippica oratione, & in Archidamo.

Sic autem & ἠπειρώτας, eos quibus rex Persarum imperabat, appellantem audimus in Paneg. pag. 73, τοῖς δ' ἠπειρώταις, ἐδ' ὅπως ἂν πάσχωσι, χάριν ἴσασιν. ubi interpres pro Epirotis, seu Epiri incolis, Asianos dixit. Ac eosdem certe τὺς τὴν Ἀσίαν κατοικῦντας vocat Isocrates in Panath. 249, ubi etiam subaudiendum est βαρβάρυς, sicut ex sequentibus apparet. Ita enim ibi scriptum est, ὐ μόνον πρὸς ἅπαντας τὺς τὴν Ἀσίαν κατοικῦντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τ̃ βαρβάρων κινδυνεύων. Nam ex eo quod subjungit, πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τ̃ βαρβάρων, se & Asianos omnes pro barbaris habere ostendit. Fortasse tamen objiciet quispiam necesse non esse ex sequentibus ibi subaudire βαρβάρυς, quum vel Isocrate tacente, ex aliis ejus locis & aliorum etiam quibusdam, pro barbaris habitos constet. Eodem vero dicitur modo in Philipp. pag. 84, εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν. At in Panegyr. pag. 44, dans idem consilium, dicit κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν. quibus verbis præfixa sunt ista, παυσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτὺς φιλονεικίας. sicut illo altero in loco, hæc verba, εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν, præcedunt ista, πλὴν εἰ δόξειε ταῖς πόλεσι ταῖς μεγίσταις, διαλυσαμένας τὰ πρὸς σφᾶς αὐτάς. Jam vero in eadem oratione Panegyrica, tanquam ex aliis idem consilium proponens, scribit pag. quæ illam præcedit unde priorem locum sumpsit, ὡς χρὴ, διαλυσαμένυς τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτὺς ἔχθρας ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι. Cæterum in Panath. Europæ simul & Asiæ mentionem facit, Græcis, non minus quam barbaris, suam orbis partem tribuens, pag. 242, ἢ τὴν ΕΥρώπην κρείττω γίνεσθαι τ̃ Ἀσίας.

ΚΑΙΝΩΣ, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ, οἷον ὡς τοῖς νεω-

 τε-

πέροις ἁρμόττειν πράγμασιν. Ἔφορος δὲ τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο αὐτὸ ἐν τῇ πρώτῃ.

ΚΑΙΝΩ͂Σ. Isocr. orat. Panegyrica: ita videlicet ut rebus novis convenire queat. Ephorus autem illud quodammodo exposuit libro primo.

Locus hic est idem qui & in voce ἀρχαίως ab eo citatus fuit ex eadem oratione. ibi enim post ἀρχαίως scribit, Isocrat. Panegyrico, τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γενομένων ἀρχαίως εἰπεῖν. Cujus scripturæ minimum est discrimen à nostra (circa hujus orationis principium) tantum enim pro illo διελθεῖν habemus διεξελθεῖν (quum multi sint loci qui & hoc διεξελθεῖν comprobare possint: & quidem unum ex iis legamus in proxime sequente pagina, καὶ διεξέρχονται τὰς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γεγενημένας) & γεγενημένων pro γενομένων.

Cæterum in eadem illa vocabuli ἀρχαίως observatione, paucis interjectis, addit, Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο: at hic videmus de Ephori idem scribi: id est, cum dici eundem illum locum τρόπον τινὰ ἐξηγήσασθαι. Qua de re alius erit dicendi locus.

ΚΑΚΩ͂Σ εἰδότες, ἀντὶ τοῦ ἀγνοοῦντες, Ἰσοκράτης περὶ εἰρήνης.

ΚΑΚΩ͂Σ εἰδότες (id est, male scientes, si verbum verbo reddatur) pro Ignorantes, Isocrates De pace.

Excogitatum fortasse fuit hoc loquendi genus ad imitationem illius quod ei opponitur, εὖ εἰδότες: quamvis hic εὖ dici queat pleonasticum. At ne hoc quidem observatu indignum est, adverbium κακῶς eum in hoc loquendi genere habere usum quem habet alicubi Male (quod ei apud Latinos respondet) veluti

ubi dicitur de non sano; Male sanus: qui & Insanus. Ovidio autem præ aliis hic adverbii istius usus est familiaris.

Cæterum non debuit Harpocration aliquem tantum ex oratione De pace testem citare: quum & alibi passim exstent in aliis ejus orationibus loci ex quibus testimonia peti possunt. Eorum è numero duos saltem, qui in Panath. leguntur, memoria mea suppeditabit. Unus est pag. 266, κακῶς εἰδότες ὡς τοὺς μὲν θεραπεύοντας αὐτὸν ὑβρίζειν εἰώθασι. ubi tamen interpres vertit, Ut non animadvertamus. Altero, pag. 272, κακῶς εἰδότες ὡς οὐδὲν οὔτ' ὅσιον οὔτε καλόν ἐστι τὸ μὴ μετὰ δικαιοσύνης καὶ λεγόμενον καὶ πραττόμενον.

ΚΗΡΥΚΕΣ, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. γένος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις οὕτως ὀνομαζόμενον. κέκληται δὲ ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ.

ΚΗΡΥΚΕΣ, Isocrates Paneg. Stirps quædam est Athenis hoc nomine. Vocatur autem à quodam Keryce, qui Mercurii filius fuit.

Verto ita ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ, quod existimem subaudiri υἱοῦ; ut omnes norunt hanc ellipsin esse frequentissimam: ac ideo scripsi etiam Κήρυκος, litera Κ majuscula. Alioqui non video quæ hujus loci interpretatio afferri possit. Nam si voluisset significare stirpem illam à quodam qui præco Mercurii fuit, nomen accepisse, paulo aliter (ut opinor) loquutus fuisset: & his vel similibus verbis usus esset, ἀπὸ τινὸς ὃς κῆρυξ τοῦ Ἑρμοῦ ἐγένετο. Sed eum hoc dicere voluisse, parum mihi fit verisimile. Exstat autem locus Isocratis, pag. 73, Εὐμολπίδαι δὲ καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων &c. Sed scribendum censeo hic quoque Κήρυκες litera Κ majuscula. Interpres tamen, tanquam appellativum reddidit *præcones*.

ΚΟΡΟΠΛΑ'ΘΟΣ, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως. τοὺς ἐκ πηλοῦ, ἢ κηροῦ, ἢ τινὸς τοιαύτης ὕλης πλάττοντας κόρας ἢ κόρους, οὕτως ὠνόμαζον.

ΚΟΡΟΠΛΑ'ΘΟΣ, Isocrat. in orat. De permutatione. Eos qui è luto, aut cera, aut ex alia hujusmodi materia puellulos aut puellulas fingebant, ita vocabant.

Suidas habet, Κοροπλάθοι, οἱ τὰς κόρας πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ, τυπέσι καὶ ζῶα πάντα. Ubi non dubium est quin mendosum sit hoc τυπέσι, & quæ distinguenda erant, male in unum confusa fuerint: ut ex iis quæ in Thesauro meo Græcæ linguæ leges, tibi apparebit. Sunt qui κοροπλάθον puparum fictorem interpretentur. Locus porro Isocratis in illius orationis initio tibi occurret.

ΛΟΓΙΣΜΟ'Σ, ἡ λογιστικὴ τέχνη, Ἰσοκράτης Βουσίριδι.

ΛΟΓΙΣΜΟ'Σ, Supputandi ars, sive computandi. Isocr. Busiride.

Apud Isocr. in Busiride, principio pag. 226 plurale λογισμοῖς habemus, non singulare λογισμῷ. Ita enim ibi scriptum est, ἐν ἀστρονομίᾳ καὶ λογισμοῖς καὶ γεωμετρίᾳ διατρίβειν ἐπιτρέψαι sed minime dubium est quin λογισμῷ non λογισμοῖς scriptum hîc ab Harpocratione fuerit. Cæterum λογισμοῖς illud redditur ab interprete *arithmetica*.

ΛΟΓΟΠΟΙΟ'Σ, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος. Ἰσοκράτης Βουσίριδι.

ΛΟΓΟΠΟΙΟ'Σ, qui à nobis dicitur historicus. Isocr. Busiride.

Isocr. in Bus. pag. 228 ὁμολογούμενα γὰρ πάντων τῶν λογοποιῶν. Paulo post autem legimus etiam verbum quod ex hoc nomine factum est: ubi scribit, καὶ πολ-

λαῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐλογοποίησαν κατὰ τύχην.

ΞΕΝΙΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ, ἀντὶ τοῦ μισθοφοροῦντας. ξένοι γὰρ οἱ μισθοφόροι. Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ, κἂν ἔν τινι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐπιστολῶν.

ΞΕΝΙΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ, id est, Mercede militantes. ξένοι autem Qui mercede militant. Isocr. or. Phil. & in quadam epistolarum ad Philippum.

Tanquam præcedente nomine ξενίτης, dicitur ξενιτεύομαι, etiamsi Harpocr. nullam hujus sed tantum nominis ξένοι mentionem faciat. Cæterum unus ex illis Isocratis locis est hic; ὅσοι τὰς δυνάμεις ἐχόντων τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται.

ὍΣΙΟΝ. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀρισογείτονά φησι. Καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια. ὅ, τι Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Ὅτι δὲ τὰ ὅσια τὰ δημόσια δηλοῖ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει.

ὍΣΙΟΝ. Hyperides oratione ad Aristogitonem dicit, καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια. Quin etiam Isocrates in Areopag. καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Significare autem ὅσια idem quod δημόσια, aperte docet Demosthenes adversus Timocratem.

His subjungit locum illum Demosthenis: atque illi addit, ex Didymo, duobus dictum fuisse modis τὸ ὅσιον, & quod esset ἱερὸν, & quod ἰδιωτικόν. Ubi hæc vox ἰδιωτικὸν non immerito futura esse suspecta videtur, etiamsi eadem apud Suidam lectio exstet. Cæterum & vulgaris nominis ὅσιον usus exemplum habemus apud nostrum Isocratem, cum alibi, tum pag. 272.

ΠΑΡΡΗΣΙΑΣ, ἀντὶ τοῦ βλασφημίας καὶ λοιδορίας. Ἰσοκράτης Βουσίριδι.

ΠΑΡ-

Digitized by Google

ΠΑΡΡΗΣΙ'ΑΣ, id est maledicentiæ & convitiationis. Isocr. Busiride.

Nisi quis malit, Maledictorum & convitiorum: quod illud verbale Convitiatur, præsertimque ejus genitivus, aliquid duriusculum habeat. Locus est pag. 229. τῆς δ' εἰς τοὺς θεοὺς παῤῥησίας ὀλιγωρήσομεν.

Non assentior autem Harpocrationi de hac expositione: sed malim simpliciter exponere, Nimiæ in deos loquendi libertatis. Quòd si licentiam loquendi dicamus, adjectivo illo non itidem opus fuerit. Perinde ac si diceret, Tantæ loquendi licentiæ ut ad maledicta usque ac convitia erumpat.

INDEX

Servato literarum ordine, exhibens sedem singularum vocum.

A.

Ἄβαρις. pag. 1
ἄβιος. 1
Ἀβροκόμας. 1
Ἀγάθαρχος. 1
ἀγαθῆς τύχης νεώς. 1
Ἀγασικλῆς. 1
ἄγε. 1
ἀγελαίων. 2
ἀγεννής. 2
Ἀγησίλαος. 2
Ἄγλαυρος. 2
ἀγνοεῖτε τὴν πόλιν. 2
Ἀγνίας. 2
Ἀγνοῦς. 2
ἀγνωμόνως. 2
ἀγορανόμοι. 3
ἀγοράς. 2
ἀγοράσαι. 3
ἀγραφίου. 3
ἀγρίους. 3
Ἀγχύλη. 3
ἀγυιᾶς. 3
Ἀγύρριος. 4
ἀγωνιῶν. 4
ἀδδηφάγους τριήρεις. 4
ἀδίητος. 4
ἀδελφίζειν. 4
ἀδημονούσης. 4
ἀδιάστατον. 4
ἀδικίου. 4
ἀδοκίμαστος. 4
Ἀδράστειαν. 5
ἀδυνάτει. 5
ἀεί. 5
ἀειεστώ. 5
ἀειλογία. 5
ἄερκτον. 5
ἀετός. 5
Ἀζηνία. 6
ἀζήτητον. 6
ἀθεώρητος. 6
ἀθλιώδωρος. 6
Ἀθμονεύς. 6
Αἰγεῖδαι. 6
Αἰγεῖον. 6
Αἰγιλιεύς. 6
αἰγίς. 6
αἰδίσκος. 6

in præcedente Harpocrationis observatione legitur: etiamsi apud Suidam eadem scriptura exstet. Respondendum fuerit alioqui, dictum esse δεκάδουχος, tanquam δεκάδα ἔχων, ea forma qua alia quædam ex verbo ἔχω composita.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, ὁ δημόσιος βασανιστής. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ σχεδὸν ἐξηγήσατο τοὔνομα.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, Publicus tortor. Isocrates in oratione quæ Trapezitica vocatur, propemodum exposuit hoc vocabulum.

